# THE SARUM RITE
## Breviarium Sarisburiense cum nota.

## Tomus C.
## Fasciculus 1.
Pagine {1}-{121}.

## Proprium de sanctis.
## Festi Decembris.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMXIII.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien de Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published July 1 2013.
Revised July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2013.



# ℭ *In vigilia sancti Andree apostoli.* [*1r.*]

(*xxix. Novembris.*)

## *Ad vesperas.*

*Super psalmos hec sola antiphona.*

AS:345; 1519-S:1r; 1531-S:1r.

Ant. I.i.

 5279.

U - nus ex du-ó-bus * que se-cú-ti sunt Dómi-num,



e- rat André- as fra-ter Symó-nis Pe-tri al-le- lú-ya.



S. A. E.

*Psalmi feriales.*

*Et dicantur semper psalmi feriales ad j. vesperas in omnibus festis sanctorum quando una sola antiphona dicitur super psalmos.*

*Hoc etiam in ij. vesperis sanctorum observetur*[1] *: nisi in festo et per octavas beate*

C-1.

*Marie, et nisi in festo et per octavas apostolorum et evangelistarum : et nisi in festo omnium sanctorum et reliquiarum, et dedicationis ecclesie : et similiter per octavas ejusdem et nisi in festo nominis Jesu et per octavas ejusdem. Et nisi in festo sancte Anne ad ij. vesperas : ita tamen quod tres primi psalmi sub una voce dicantur : et quartus psalmus semper exaltetur si necesse fuerit. Quod per totum annum observetur ad vesperas quando una sola antiphona dicitur super psalmos sive fit de temporali sive de festis sanctorum.*

*Capitulum. Rom. x.* [10.]

Corde créditur ad justíciam, ore autem conféssio fit ad salútem : dicit enim scriptúra, omnis qui credit in illum non confundétur. [℟.] Deo grátias.

℟. Homo Dei [ducebátur].[2] *infra iij.*

[ ℂ *Hic cantus sequens dicatur ad primas vesperas et ad matutinas hujus festi tantum super hunc hymnum.*][3]

HS:143v; 1519-S:1r; 1531-S:1r.[4]

8262. Hymn. I.




*In communi.* [645].

[ ℂ *Hic cantus sequens dicatur infra octavas et in octavis ad matutinas.*][5]

1519-S:1r; 1531-S:1r.

Hymn. IV.




8262.

℣. Diléxit Andréam Dóminus.

℟. In odórem suavitátis.

AS:345; 1519-S:1v; 1531-S:1r.

Ant. I.v.




1366.




*Oratio.*

QUésumus omnípotens Deus, ut beátus Andréas apóstolus, tuum pro nobis implóret auxílium : ut a cunctis[6] reátibus absolúti, a cunctis étiam perículis eruámur. Per Dóminum.

*Quando festum sancti Andree apostoli a die dominica differtur in secundam feriam : tunc ad primas vesperas dicetur ista oratio.*

MAjestátem tuam, [Dómine, supplíciter exorámus : ut sicut ecclésie tue beátus Andréas apóstolus éxtitit predicátor et rector, ita apud te sit pro nobis perpétuus intercéssor. Per Dóminum nostrum.][7]

*Si hoc festum infra adventum Domini contigerit, fiat tunc solennis memoria de adventu et postea de sancta Maria.*

*Sive infra adventum, sive extra hoc festum evenerit : semper fiat processio ad j. vesperas post omnes memorias que habentur ad altare sancti Andree si habeatur cum ceroferariis et thuribulariis et puero librum deferente ante sacerdotem : sine cruce choro sequente habitu non mutato cantando* ℟. Vir iste. *cum suo versu infra ix.* {24}. *Rectores simul dicant versum.*[8] *Dum versus canitur : sacerdos thurificet illud altare* [*deinde ymaginem*][9] *: et postea dicat* ℣. In omnem terram. [651].

*Deinde oratio dicatur sine* Dóminus vobíscum. *sed cum* Orémus. Majestátem tuam. {4}. *que sic terminetur,* Per Christum Dóminum nostrum. *nec precedat nec sub-*

*sequatur* Dóminus vobíscum. *nec* Benedicámus Dómino. *Quando oratio* Majestátem. *dicitur ad j. vesperas tunc ad processionem dicatur ista oratio* Quésumus omnípotens Deus. {4}. *In redeundo extra adventum dicatur* [*aliqua*][10] *antiphona de sancta Maria : infra vero adventum de omnibus sanctis in redeundo ant.* Salvátor mundi. {1596}. ℣. Letámini in Dómino. [195]. *Oratio.* Infirmitátem nostram. [192].

¶ *Et sic fiat processio in omnibus festis sanctorum ad j. vesperas post omnes memorias que habentur per totum annum, quorum altaria sunt in ecclesia cum propriis ℟. vel de communi et cum ℣. et oratione de sanctis,*[11] *ita tamen quod quando oratio de vigilia dicitur ad vesperas ut supradiximus : tunc ad processionem dicatur oratio de die. Similiter quando oratio de festo dicitur ad vesperas tunc ad processionem dicetur oratio de communi : nisi propria habeatur ut in festo sancti Nicholai, et sancte Katherine et consimilibus. Et semper in revertendo dicatur* [*antiphona*][12] *de sancta Maria, nisi quando ad vesperas memoria de ea facta fuerit prius : tunc enim in revertendo dicitur de omnibus sanctis ut supra.*

*Nec debet servitium eorum celebrari ad eorum altaria : ut vespere, matutine, vel alie* [*1v.*] *hore secundum usum Sarum nisi tantum missa de sancto in mane : et hoc*[13] *ad placitum more duplicis festi cum* Credo. *quodcunque festum fuerit.*

*Non dicantur vespere de sancta Maria in choro hac die nec in aliquo duplici festo per annum : ut notatum est in j. dominica adventus Domini : sed percantato ultimo* Benedicámus Dómino. *executor officii in stallum suum revertatur : ibique capam sericam exuat ubi*[14] *prius eandem assumpsit. Quod et in omnibus festis duplicibus observetur : quando collecta ad gradum chori dicitur.*

## [*Ad completorium.*]

¶ *Ad completorium extra adventum omnia fiant sicut in festo Sancte Trinitatis. Infra adventum vero completorium non mutatur : nisi solummodo hymnus, et dicatur hymnus* Salvátor mundi Dómine. [369].

## *Ad matutinas.*

AS:345; 1519-S:2r; 1531-S:1v.[15]

1019. Invit. VII.iii.




*Hymnus.* Andréa pie. {2}.
*Versus.* Annue Christe [seculórum Dómine].[16] [645].

## ℂ *In j. nocturno.*

AS:345; 1519-S:2v; 1531-S:1v.[17]

sar0009. 1. Ant. VI.





jus nómi-ne fú- e-ro pérma-nens in tormén-tis con-féssor.



*Ps.* Celi enárrant. (*xviij.*) [34].

AS:345; 1519-S:2v; 1531-S:1v.[18]

2. Ant.
V.ii.



E - go * cru- cis Chris-ti servus sum et cru-cis tro- sar0034.



phé- um : optá-re pó-ti- us dé-be-o quam ti-mé-re.



*Ps.* Benedícam Dóminum. (*xxxiij.*) [166].

AS:346; 1519-S:2v; 1531-S:1v.[19]

3. Ant.
IV.i.



CUnque carní- fi-ces * a-pósto-lum dú-ce-rent ut sar0024.



cru-ci- fi-ge-ré-tur, concúrsus factus est popu-ló- rum clamán-




℣. In omnem terram [exívit sonus eórum].[20] [651].

*Lectio prima.*[21]

PRocónsul Egéas Patras civitátem ingréssus : cepit compéllere credéntes in Christum ad sacrifícia ydolórum. Cui occúrrens sanctus Andréas dixit, Oportébat ut tu qui judex hóminum esse comprobáris : júdicem tuum qui in celo est cognósceres et ágnitum cóleres, et coléndo eum qui verus Deus est : ab his qui veri dii non sunt ánimum revocáres. Cui Egéas dixit, Tu es Andréas qui déstruis templa deórum, et suádes homínibus supersticiósam[22] sectam : quam nuper detéctam Románi príncipes exterminári jussérunt ? Andréas respóndit, Románi príncipes nondum cognovérunt veritátem : et hoc quod pro salúte hóminum véniens Dei Fílius docúerit ista ydóla non solum deos non esse sed esse demónia péssima et humáno géneri inimíca : que hoc dóceant hómines unde offendátur Deus, ut dum offénsus fúerit avertátur et non exáudiat : et cum avérsus fúerit et non exaudíerit : habeántur a diábolo ipsi captívi : et támdiu eos delúdat usque quo de córpora éxeant rei et nudi : nichil secum preter peccáta portántes. Tu autem Dómine [miserére nostri].[23]

AS:346; 1519-S:3r; 1531-S:1v.[24]

1. Resp. IV.

6554.




6554a.

*Lectio secunda.*

EGéas dixit, Ista supersticiósa et vana sunt verba. Jesus vester dum hec predicáret : Judéi illum crucis patíbulo affixérunt. Andréas respóndit, O si velles scire mystérium crucis : et quam rationábili caritáte Auctor humáni géneris pro restauratióne nostra hoc crucis patíbulum non invítus sed spontáneus suscépit. Egéas dixit, Cum tráditus asserátur a suo discípulo et a Judéis tentus et présidi addúctus, et ad petitiónem

Judeórum a milítibus présidis crucifíxus : quómodo tu dicis eum spontáneum crucis subiísse patíbulum ? Andréas respóndit, Ideo ego dico eum spontáneum : quóniam simul tunc cum ipso fui : cum a suo discípulo traderétur. Et ántequam traderétur dixit nobis quod tradéndus esset et crucifigéndus pro salúte hóminum : et tértia die resurrectúrum se esse predíxit. Et ut plénius nos instrúeret quóniam sponte passiónem suscíperet : nec traditórem fugiéndo deséruit, et in loco in quo illum sciébat esse ventúrum permánsit. Egéas dixit, Miror te prudéntem hóminem istum velle sectári : quem quovis pacto aut sponte aut invítum : cruci tamen confitéris affíxum. Andreas respóndit, Hoc est quod étiam me dixísse jam rétines : magnum[25] mystérium crucis. Quod si forte voluéris audíre : retéxam. Egéas dixit, Mystérium non potest dici : sed supplícium. Andreas respóndit, Ipsum supplícium mystérium restauratiónis humáne[26] : si patiénter áudias comprobábo.[27] Tu.

AS:346; 1519-S:3r; 1531-S:2r.[28]

7182. 2. Resp. III.




7182a.

[2r.]




*Lectio tertia.*

EGéas dixit, Ego quidem patiénter te áudiam, sed si tu me obtemperánter non áudias : ipsum mystérium crucis in teípsum retorquébo. Andréas respóndit, Ego si patíbulum crucis expavéscerem : crucis glóriam non predicárem. Egéas dixit, Insánus[29] sermo tuus. Prédicas glóriam supplícii : quia per audáciam penam mortis non times. Andréas respóndit, Non per audáciam sed per fidem : non tímeo penam mortis. Mors enim justórum preciósa est mors vero peccatórum péssima. Et ídeo audíre te volo crucis mystérium : ut agnítum fórsitan credas : et credens ad restauratiónem tue ánime quocúnque pacto pertíngas. Egéas dixit, Restaurátur hoc quod periísse docétur ? Numquid ánima mea périit : ut ad ejus me restauratiónem opórteat veníre per fidem néscio quam ut tu ásseris ? Andréas respóndit, Hoc est quod tibi dícere desiderábam, ut dum pérditas ánimas hóminum docúero : justam restauratiónem eárum per crucis mystérium pandam. Primus enim homo per lignum prevaricatiónis mortem indúxit. Et necessárium hoc erat géneri humáno : ut per lignum passiónis mors que ingréssa fúerat pellerétur. Et quóniam de immaculáta terra factus fúerat primus homo qui per lignum prevaricatiónis mortem mundo intúlerat necésse erat ut de immaculáta Vírgine nascerétur perféctus homo : in quo Dei Fílius qui primum fécerat hóminem, vitam etérnam quam perdíderant per Adam hómines reparáret, ac de ligno crucis : lignum concupiscéntie exclúderet, ténderet in cruce immaculátas manus, pro mánibus incontinénter exténsis, pro suávi cibo árboris vétite : escam fellis accíperet, et in se suscípiens mortalitátem nostram : suam nobis immortalitátem inférret. Tu autem.

AS:347; 1519-S:3v; 1531-S:2r.[30]

6868. 3. Resp. II.




[℣. Glória Patri. 93*. †Innocens.][31]

## ℭ *In ij. nocturno.*

AS:347; 1519-S:3v; 1531-S:2r.[32]

sar0022. 4. Ant. III.i.





bi crux pa- rá-ta e-rat : vi-dens e- am a longe excla- má-



vit vo-ce magna di-cens, Salve crux que in córpo-re Chris-



ti de- di- cá-ta es : et ex membris e-jus tanquam marga-



rí- tis orná-ta. *Ps.* Omnes gentes pláudite. (*xlvj.*) [208].

AS:347; 1519-S:4r; 1531-S:2r.[33]

5. Ant.
II.i.



AN-te-quam te ascénde-ret * Dómi-nus nos-ter o 1441.



be- á-ta crux ti-mó-rem terré-num ha-bu- ís-ti : modo ve-



ro amó- rem ce-léstem óbti-nens pro vo- to suscí-pe-ris.



*Ps.* Exáudi Deus deprecatiónem. (*lx.*) [227].

AS:347; 1519-S:4r; 1531-S:2r.[34]

sar0007. 6. Ant. I.ii.




*Ps.* Exáudi Deus oratiónem meam cum déprecor. (*lxiij.*) [229].

*Versus.* Constítues eos príncipes [super omnem terram].[35] [655].

*Lectio quarta.*

EGéas dixit, Ista verba illis narráre potes : qui tibi credunt. Michi autem nequáquam : quia nisi ad hoc conséntias ut sacrifícium diis omnipoténtibus ófferas : in ipsa cruce quam laudas te fatigátum affígi precípiam. Andréas respóndit, Omnipoténti Deo qui unus et verus est ego omni die sacrífico, non thuris fumum nec taurórum mugiéntium carnes : nec hyrcórum sánguinem : sed immaculátum Agnum quotídie in altári crucis sacrífico. Cujus carnes postquam omnis pópulus credéntium manducáverit, et ejus sangúinem bíberit : Agnus qui sacrificátus est, integer perséverat et vivus. Et cum vere sacrificátus sit et vere carnes ejus manducáte sint a pópulo, et vere sanguis ejus sit bíbitus : tamen ut dixi ínteger pérmanet et immaculátus et vivus. Egéas dixit, Quómodo potest hoc fíeri ? Andréas respóndit, Si vis scire quómodo potest hoc fíeri : assúme formam discípuli : ut possis díscere quod queris. Egéas dixit, Ego a te torméntis éxigam : hujus rei notíciam. Andréas respóndit, Miror te hóminem prudéntem ad tantam stultíciam devolútum : ut putes torméntis me tibi divína pándere sacraménta. Audísti mystérium crucis : audísti mystérium sacrifícii. Si credíderis Christum Fílium Dei qui crucifíxus est a Judéis verum Deum esse : pandam tibi quo ordíne occísus vivat Agnus, qui cum sacrificátus [2v.]
fúerit et coméstus : ínteger tamen et immaculátus in suo regno pémanet. [Tu autem.][36]

AS:348; 1519-S:4r; 1531-S:2v.[37]




*Lectio quinta.*

EGéas dixit, Et quómodo Agnus in suo regno pérmanet cum sit occísus, et ab omni pópulo ut asséris coméstus ? Andréas respóndit, Si credíderis ex toto corde tuo : díscere póteris. Si non credíderis : pénitus nunquam tu ad indáginem hujus veritátis attínges. Tunc irátus Egéas : jussit eum in cárcerem trudi. Ubi dum esset clausus, venit ad eum multitúde pene totíus províncie : ita ut Egéam vellent occídere, et Andréam apóstolum fractis jánuis cárceris liberáre. Sanctus vero An-

dréas : his verbis pópulum admónuit dicens, Nolíte quiétem Dómini nostri Jesu Christi : in seditiónem diabólicam excitáre. Nam tráditus Dóminus omnem patiéntiam prébuit : non conténdit, non clamávit, nec in platéis áliquis eum clamántem audívit. Habéte ergo siléntium et pacem et quiétem, et non solum meum martýrium nolíte impedíre, verumétiam vosmetípsos quasi athlétas Christi Dómini preparáte : ut vincátis minas intrépido ánimo, plagas autem per tolerántiam córporis superétis. Hec et his simília apóstolo per totam noctem pópulum admonénte : lux diéi in mane prorúpit. Et misit Egéas : et addúci jussit ad se sanctum Andréam. Et sedens pro tribunáli dixit, Existimávi te noctúrna cogitatióne revocáre ánimum tuum a stultítia, et a Christi tui laude cessáre : ut possis nobíscum non amíttere gáudia vite. Stultum est enim ultro velle ad passiónem crucis ire : et ígnibus ac flammis teípsum péssimis destináre. Andréas respóndit, Gáudia tecum habére pótero : si credens Christum amíttas cultúram ydolórum. Christus enim me misit ad istam provínciam : in qua non parvum pópulum Dómino acquisívi. Tu autem.

AS:348; 1519-S:4v; 1531-S:2v.[38]

7260. 5. Resp. VIII.






7260b.

*Lectio sexta.*

TUnc precépit Egéas sanctum Andréam cruci affígi, mandans hoc questionáriis, ut ligátis pédibus et mánibus quasi in equúleo tenderétur : ne clavis affíxus cito defíceret, sed cruciarétur pótius longo cruciátu. Qui cum pervenísset ad locum ubi crux paráta erat : videns eam a longe exclamávit dicens, Salve crux quo in córpore Christi dedicáta es : et ex membris ejus tanquam margarítis ornáta. Antequam te ascénderet Dóminus noster timórem terrénum habuísti : modo vero amórem celéstem óbtinens, pro voto suscéperis.[39] Scitur enim a credéntibus quanta in te gáudia hábeas : quanta múnera preparáta. Secúrus ergo et gaudens vénio ad te : ita ut et tu exúltans suscípias me discípulum ejus qui pepéndit in te : quia amátor tuus semper fui et desiderávi amplécti te. O bona crux que decórem et pulchritúdinem de membris Dómini suscepísti, diu desideráta, sollícite amáta, sine intermissióne quésita, et aliquándo jam concupiscénti ánimo preparáta : áccipe me ab homínibus et redde me Magístro meo : ut per te me recípiat qui per te me rédemit. Et hec dicens expoliávit se : et vestiménta sua trádidit carnifícibus.

Qui accedéntes levavérunt eum in crucem[40] : et sicut eis jussum fúerat suspendérunt. Sicque bíduo pendens in cruce : confortábat mérites credéntium in Dómino. Cunque secúnda jam die hoc fáceret : vidéntibus cunctis splendor nímius sicut fulgur de celo véniens, ita circúndedit eum, ut pénitus pre ipso splendóre óculi eum non possent humáni aspícere. Cunque permansísset splendor fere dimídie hore spácio, abscedénte lúmine emísit spíritum, simul cum ipso lúmine pergens ad Dóminum : cui est honor et glória, in sécula seculórum amen. Tu autem Dómine.

AS:349; 1519-S:4v; 1531-S:2v.[41]

6. Resp. VIII.

7335.




[3r.]

7335a.



modo in ista vo-ce me ex-áu- di. †Ne me.

℣. Glória Patri. 95*. ‡Quia virtútem.

## *In tertio nocturno.*

AS:349; 1519-S:5r; 1531-S:3r.[42]

7. Ant. II.i. 200054.



AC-ce-déntes * carní- fi-ces le-va-vé-runt e- um



in cru-ce : et extendéntes fú-ni-bus to-tum corpus



e-jus, si-cut e- is jussum fú-e-rat suspendé-runt.



*Ps.* Confitébimur. (*lxxiiij.*) [248].

AS:349; 1519:5r; 1531-S:3r.[43]

8. Ant. III.iv. sar0092.



OMnis inté-re- a * pó-pu- lus conclamá-bat di-cens,



Vi-rum sanctum, pu-dí-cum, orná-tum mó-ri-bus, bo- num









*Ps.* Dóminus regnávit exúltet. (*xcvj.*) [278].

AS:350; 1519-S:5v; 1531-S:3r.

sar0122. 9. Ant. VIII.ii.









*Ps.* Dóminus regnavit irascántur. (*xcviij.*) [289].

℣. Nimis honoráti sunt. [659].

*Evangelium secundum Mattheum, iiij.* [18-22.]

*Lectio septima.*

IN illo témpore, Ambulans Jesus juxta mare Galilée, vidit duos fratres, Symónem qui vocátur Petrus et Andréam fratrem ejus : mitténtes rhete[44] in mare, erant enim piscatóres. Et réliqua.

*Omelia beati Gregorii pape. 5.*[45]

*Non dicatur* de éadem lectióne. *Quod*

*per totum annum observetur secundum usum Sarum.*

AUdístis, fratres charíssimi quia ad unìus jussiónis vocem : Petrus et Andréas relíctis rhétibus secúti sunt Redemptórem. Nulla vero hunc fácere adhuc mirácula víderant, nichil ab eo de prémio etérne retributiónis audíerant : et tamen ad unum Dómini precéptum, hoc quod possidére videbántur oblíti sunt. Quanta nos ejus mirácula vidémus, quot flagéllis afflígimur, quantis minárum asperitátibus deterrémur : et tamen vocántem sequi contémnimus. In celo jam sedet : qui de conversióne nos ádmonet. Jam enim jugo fídei colla géntium súbdidit, jam mundi glóriam stravit, jam ruínis ejus crebrescéntibus distrícti judícii sui diem propinquántem denúnciat : et tamen supérba mens nostra non vult hoc sponte desérere, quod quotídie perdit in vita.[46] Quid ergo fratres charíssimi, quid in ejus judício dictúri sumus, qui ab amóre preséntis séculi nec precéptis fléctimur, nec verbéribus emendámur ? Tu autem.

AS:350; 1519-S:5v; 1531-S:3r.[47]






*Lectio octava.*

FOrtásse áliquis tácitis sibi cogitatiónibus dicat, Ad vocem Domínicam utérque iste piscátor quid aut quantum dimísit, qui pene nichil hábuit ? Sed hac in re fratres charíssimi : afféctum pótius debémus pensáre, quam censum. Multum relíquit : qui sibi nichil retínuit. Multum relíquit : qui quantúmlibet parvum totum deséruit. Certe nos et hábita cum amóre possidémus : et ea que mínime habémus ex desidério quérimus. Multum ergo Petrus et Andréas dimisérunt : quando utérque étiam desidérium habéndi derelíquit. Multum dimísit : qui cum re posséssa, étiam concupiscéntiis renunciávit. A sequéntibus ergo tanta dimíssa sunt : quanta a non sequéntibus concupísci potuérunt. Nemo ígitur cum quosdam cónspicit multa reliquísse : apud semetípsum dicat, Imitári hujus mundi contemptóres volo : sed quod relínquam non hábeo. Multa fratres relínquitis : si desidériis terrénis renunciátis. Exterióra enim nostra Dómino quantúmlibet parva sufficiunt. Cor namque et non substántiam Dóminus pensat : nec perpéndit quantum in ejus sacrifício sed ex quanto proferátur.[48] Tu autem.

AS:350; 1519-S:6r; 1531-S:3r.[49]




*Lectio nona.*

Nam si exteriórem substántiam perpendámus : ecce sancti negociatóres nostri, perpétuam angelórum vitam, datis rhétibus et navi

mercáti sunt. Existimatiónem quippe précii non habet : sed tamen regnum Dei tantum valet quantum habes. Váluit namque Zachéo dimídium substántie : quia dimídium áliud ad hoc quod injuste ábstulit, restituéndum in quadrúplum reservávit. Váluit Petro et Andrée : dimíssis rhétibus et navi. Váluit vídue : duóbus minútis. Valet álteri : cálicem aquas frígide. Pensáte ígitur fratres quid vílius cum émitur, quid cárius cum possidétur ? Fortásse nec calix aque frígide súppetit : qui indigénti prebeátur. Etiam tunc securitátem nobis promíttit sermo divínus. Redemptóre étenim nato, celi cives osténsi sunt : qui clamárent, Glória in excélsis Deo : et in terra pax homínibus bone voluntátis. Ante Dei namque óculos nunquam vácua est manus a múnere : si archa cordis repléta est bona voluntáte. Hinc étiam Psalmísta ait, In me sunt Deus vota tua : que reddam laudatiónes tibi. Ac si apérte dicat, Et si extérius múnera offerénda non hábeo : intra memetípsum tamen invénio quod in ara tue laudis impóno, quia qui nostra datióne non pásceris, oblatióne cordis mélius placáris. Nichil quippe offértur Deo dítius : bona voluntáte. Tu.

AS:350; 1519-S:6r; 1531-S:3v.[50]

7899. 9. Resp. IV.



7899a.




*Si infra adventum hoc festum contigerit non dicatur* Te Deum. *sed repetatur* ℟. Vir iste.

*Et si infra adventum contigerit non thurificetur altare nec chorus, sicut solet fieri* [*quando dicitur* Te Deum.][51] *in* [*omnibus*][52] *duplicibus festis.*

## [*Ante laudes.*]

℣. Diléxit Andréam Dóminus.

℟. In odórem suavitátis.

## ℂ *In laudibus.*

AS:351; 1519-S:6v; 1531-S:3v.[53]

4693. 1. Ant. VII.ii.






*Ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.*) [45].

AS:352; 1519-S:6v; 1531-S:3v.[54]

1610. 2. Ant. VIII.i.






*Ps.* Jubiláte Deo. (*xcix.*) [46].

AS:352; 1519-S:6v; 1531-S:3v.[55]

3923. 3. Ant. VIII.i.





te se-pa- rá-ri : tempus est ut comméndes terre corpus



me- um. *Ps.* Deus Deus meus. (*lxij.*) [47].

AS:352; 1519-S:7r; 1531-S:3v.[56]

4. Ant. VIII.i.

 3722.

MAx-i-míl-la * Christo amá-bi-lis, tu-lit corpus a-



pósto-li : óptimo lo-co cum a-romá-ti-bus se-pe- lí-vit.



*Ps.* Benedícite. (*Daniel iij.*) [48].

AS:352; 1519-S:7r; 1531-S:3v.

5. Ant. VII.i.

 4492.

QUi perseque-bá-tur * justum demersís-ti e- um Dó-



mi-ne in inférnum : et in ligno cru-cis dux jus-ti fu- ís-ti.



*Ps.* Laudáte. (*cxlviij-cl.*) [49].

*Capitulum.* Corde créditur. *ut supra.* {2}.

*Hymnus.* Exúltet celum. [664].

℣. Annunciavérunt ópera Dei. [672].

AS:352; 1519-S:7r; 1531-S:3v.[57]

1863. Ant. VII.i.




*Oratio.*

Majestátem tuam, Dómine, supplíciter exorámus : ut sicut ecclésie tue beátus Andréas apóstolus éxtitit predicátor et rector, ita apud te sit pro nobis perpétuus intercéssor. Per Dóminum.

*Memoria fiat de adventu et de sancta Maria ad matutinas et ad missam et ad vesperas si infra adventum hoc festum evenerit.*

## ℂ *Ad primam.*

*Ant.* Salve crux. *j. de laudibus.* {26}.

*Ps.* Deus in nómine. (*liij.*) [95].

*Ant.* Grátias. [99].

*Ps.* Quicúnque vult. [100].

[*Et cetera que ad primam pertinent sicut predictum est in prima dominica adventus Domini.*][58]

## ℂ *Ad tertiam.*

*Ant.* Beátus Andréas. *ij. de laudibus.* {26}.

*Ps.* Legem pone. (*cxviij.* 33.) [132].

*Capitulum.* Corde créditur [ad justíciam, ore autem conféssio].[59] *ut supra.* {2}.

*Responsoria et versus de communi unius apostoli ad omnes horas dicantur : cum oratione de die.*

## ℂ *Ad sextam.*

*Ant.* Non me permíttas. *iij. de laudibus.* {26}.

*Ps.* Defécit. (*cxviij.* 81.) [141].

*Capitulum. Ad Rom. x.* [12.]

NOn enim est distínctio Judéi et Greci : nam idem Dóminus ómnium dives in omnes qui ínvocant illum. Deo grátias.

## ℂ *Ad nonam.*

*Ant.* Qui persequebátur. *v. de laudibus.* {27}.

*Ps.* Mirabília. (*cxviij.* 129.) [150].

*Capitulum.* (*Ad Rom. x.* 13.)

OMnis quicúnque invocáverit nomen Dómini : salvus erit.

## ℂ *Ad secundas vesperas.*

*Ant.* Salve crux. {26}.

*Ps.* Dixit Dóminus. (*cix.*) [311]. *et ceteri psalmi de apostolis.* [675].

*Capitulum.* Corde créditur. *ut supra.* {2}.

AS:351; 1519-S:7v; 1531-S:3v.[60]

Resp. I.




sar0671.




sar0671a.

¶ *Finito ℟. dum versus canitur eant rectores chori principales in superiori gradu ex utraque parte secundarii vero in ij. forma : et dicant ad singulos clericos,* Dómine ad prosam. *His itaque peractis exuant capas nigras et almutias*[61] *omnes qui volunt ad prosam cantandam.*

*Cantetur autem prosa* [*in statione puerorum*][62] *in superpeliciis ex utraque parte : ita tamen quod rectores chori principales in medio chori ad altare stent conversi. Secundarii vero ad gradum chori ad chorum stent conversi : inter quos eodem modo stent tres clerici*

*qui ℣. responsorii cantaverunt : et omnes dicant prosam simul et ad*[63] *unumquemque ℣. respondeat chorus cantum prose super ultimam vocalem primi ℣. choro interim sedente. Hoc eodem modo* [*omnes*][64] *dicantur prose per totum annum tam ad vesperas quam ad matutinas.*

¶ *Ad matutinas vero per totum annum non dicatur prosa nisi solummodo in die sancti Nicholai et in ebdomada natalis Domini,* [*ubi non fit processio de sanctis ad vesperas : tunc enim dicatur prosa supradicto modo at matutinas,*][65] *scilicet in die sancti Stephani, sancti Johannis, et sanctorum innocentium.*

*Ubi non fit processio de sancto Andrea : dicatur prosa hoc modo.*[66] [*4r.*]

1519-S:8r; 1531-S:4r.[67]

Prosa. I.

7899P.









*Omnes clerici qui prosam cantaverint : simul dicant* Glória Patri. *ad altare conversi singuli in sua statione. Quod per totum annum observetur post prosam cantando.*
[ ☾ *Et notandum est quod in omni duplici festo per annum dicatur responsorium ad secundas vesperas.*][68]

AS:351; 1519-S:8r.[69]







*Hymnus.* Exúltet celum. [665].
℣. Annunciavérunt [ópera Dei.
℟. Et facta ejus.][70] [672].

AS:352; 1519-S:8r; 1531-S:4r.

Ant. II.ii.

2352.












*Oratio.* Majestátem tuam. {28}.

*Si hoc festum in dominica adventus Domini contigerit : semper differatur in crastinum : etiam ubi est ecclesia dedicata in honore sancti Andree. Et quando festum sancti Andree sic differtur : tunc in dominica erunt vespere de festo et solennis memoria de dominica et postea de sancta Maria.*

*Si vero in sabbato ante adventum hoc festum contigerit, ibi celebretur, vespere tamen de dominica fient et solennis memoria de festo et de sancta Maria.*

¶ *Quando festum sancti Andree in quinta feria ante adventum Domini contigerit : tunc in sexta feria scilicet in crastino fiat* [*hujus festi*][71] *hoc modo servitium.*

## *Ad matutinas.*

AS:353; 1519-S:8v; 1531-S:4r.[72]

Invit. IV.i.




sar0702.





*Ps.* Ve-ní- te. 13*.

*Hymnus.* Andréa pie. {3}.
[℣.][73] Annue Christe. [647].

## [℄ *In primo nocturno.*][74]

AS:353; 1519-S:8v; 1531-S:4r.[75]

5413. 1. Ant. VII.ii.



VI- dit * Dó-mi-nus Petrum et André- am : et vo-



cá-vit e- os. *Ps.* Celi ennárant. (*xviij.*) [34].

AS:353; 1519-S:8v; 1531-S:4r.[76]

5357. 2. Ant. VIII.i.



VE-ní-te post me * di-cit Dómi-nus : fá-ci- am vos



fí- e-ri pisca-tó- res hómi-num. *Ps.* Benedícam. (*xxxiij.* [166].

AS:353; 1519-S:8v; 1531-S:4r.

4607. 3. Ant. I.v.



RE- líc-tis * rhé-ti-bus su- is se-cú-ti sunt Dómi-



num re-demptó-rem. *Ps.* Eructávit. (*xliiij.*) [206].

AS:353; 1519-S:8v; 1531-S:4r.[77]

4. Ant.
VIII.i.



ANdré-as * Chris-ti fámu-lus dignus De-o a-pósto- 1396.



lus, germá-nus Pe- tri et in passi- óne só-ci- us.



*Ps.* Omnes gentes. (*xlvj.*) [208].

AS:353; 1519-S:9r; 1531-S:4r.[78]

5. Ant.
VII.ii.



DIgnum si-bi Dómi-nus * compu-tá-vit márty-rem, 2221.



quem vo-cá-vit a-pósto-lum dum esset in ma- ri al-le-lú-ya.



*Ps.* Exáudi Deus deprecatiónem. (*lx.*) [227].

AS:354; 1519-S:9r; 1531-S:4r.[79]

2586. 6. Ant. VII.ii.



E - go * si pa-tí-bu- lum cru-cis expa-vésce-rem : cru-



cis gló-ri- am non pre-di- cá-rem. *Ps.* Exáudi Deus oratiónem. (*lxiij.*) [229].

AS:354; 1519-S:9r; 1531-S:4r.[80]

1795. 7. Ant. VIII.i.



CHris-tus me mi-sit * ad istam pro-vínci- am : u-bi non



par-vum pópu-lum acqui- sí-vi. *Ps.* Confitébimur. (*lxxiiij.*) [248].

AS:354; 1519-S:9r; 1531-S:4r.

4694. 8. Ant. VIII.ii.

[*4r.*]



SAlve crux * que in córpo-re Chris-ti de-di- cá-ta



es : et ex membris e- jus tanquam marga-rí- tis orná-ta.



*Ps.* Dóminus regnávit exúltet. (*xcvj.*) [278].

AS:354; 1519-S:9r; 1531-S:4r.[81]

9. Ant. I.vii. 1739.




*Ps.* Dóminus regnávit irascántur. (*xcviij.*) [289].

℣. In omnem terram. [651].

*Lectio j.*

ACcedéntes carnífices levavérunt sanctum Andréam in cruce, et extendéntes fúnibus totum corpus ejus, sicut eis jussum fúerat, suspendérunt. Astántes vero turbe ad vigínti mília hóminum, inter quos frater Egée Strátocles simul clamábat cum pópulo : injústo judício sanctum virum hoc pati. Sanctus vero Andréas hoc modo confortábat mentes credéntium in Christo. Hortabatúrque ad tolerántiam temporálem : docens nichil dignum esse passiónis, ad remuneratiónis etérne compensatiónem. Intérea vadit omnis pópulus cum clamóre ad domum Egée : omnésque páriter clamántes dicébant, Virum sanctum, pudícum, ornátum móribus, bonum doctórem, pium, modéstum, rationábilem non debére hec[82] pati : sed debére de cruce depóni, quia jam secúnda die in cruce pósitus, veritátem predicáre non cessat.

℟. Dum perambuláret. *j.* {9}.

*Lectio secunda.*

TUnc Egéas expavéscens pópulum promísit se eum depónere : et simul cepit ire. Quem videns sanctus Andréas dixit, Quid tu ad nos Egéa venísti ? Si vis crédere Christo : sicut tibi promísi aperiétur tibi via indulgéntie. Si autem venísti ad hoc tantum ut me solvas : ego pénitus hinc de ista cruce vivens in córpore non pótero depóni. Jam enim Regem meum vídeo, jam adóro, jam in conspéctu ejus consísto : ubi est angelórum concórdia, ubi ipse solus Imperátor regnat, ubi lux sine nocte est : ubi flores nunquam marcéscunt, ubi dolor nunquam scitur, nec nomen tristície audítum est, ubi letícia et exultátio finem non habent. [83]O crux beáta, sine amóre tuo ad illam regiónem nullus attíngit, nullus ingréditur. Sed de tuis Egéa misériis condóleo : quia parátus te expéctat etérnus intéritus. Cura pro te miser dum adhuc potes : ne tunc incípias velle cum non póteris.

℟. Mox ut vocem. *ij.* {10}.

*Lectio tertia.*

[*4v.*] MItténtes autem manus carnífices ad crucem : non póterant pénitus contíngere eum. Sed subínde álii et álii ingeréntes manus ut sólverent eum : nullus póterat contíngere eum. Stupébant enim bráchia eórum, quicúnque se extendíssent ad solvéndum eum. Tunc ipse beátus apóstolus adjúrans pópulum dixit, Oro vos omnes, fratres, ut prius unam oratiónem ad Dóminum nostrum fundam : et ita solvi me patiémini. Eo quoque adjuránte : acquiévit plebs. Tunc beátus Andréas apóstolus cum ingénti clamóre, dixit, Non me permíttas Dómine fámulum tuum ex hac hora separári a te, tempus enim est ut comméndes terre corpus meum, et me ad te veníre precípias : qui vitam tríbuis sempitérnam. Tu es Magíster meus Christus, quem diléxi, quem vidi, quem secútus sum, quem cognóvi : quem in ista cruce confíteor. Et sicut ego te uno verbo audívi : sic modo in isto verbo me exáudi, et ántequam corpus meum de cruce solvátur, assúme me. Et cum hec dixísset : vidéntibus cunctis, splendor nímius sicut fulgur de celo véniens emícuit, et ita circúndedit eum : ut pénitus pre ipso splendóre óculi humáni eum non possent

aspícere. Cumque permansísset splendor fere dimídie hore spácio, abscedénte lúmine emísit spíritum simul cum ipso lúmine pergens ad Dóminum.

℟. Homo Dei. *iij.* {12}.
*Ps.* Te Deum. [41].
℣. Diléxit Andréam Dóminus. {3}.

## [*In laudibus.*]

❡ *In laudibus hec sola antiphona* Salve crux. *j. de laudibus.* {26}.
*Ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.*) [45].
*Capitulum.* Corde créditur [ad justíciam, ore autem conféssio].[84] {2}.
*Hymnus.* Exúltet Celum. *In communi.* [664].
℣. Annunciavérunt [ópera Dei.
℟. Et factus ejus intellexérunt.][85]

AS:354; 1519-S:9v; 1531-S:4v.[86]

Ant. VIII.i.




5383.

*Oratio.* Majestátem tuam. {28}.

*Memoria de cruce et de sancta Maria ut supra et de omnibus sanctis.*

## ℂ *Ad primam.*

*Ant.* Salve crux. *j. de laudibus.* {26}.
*Ps* Deus in nómine tuo. (*liij.*) [95].
*Ant.* Glória tibi Trínitas. [100].
*Ps.* Quicúnque vult. [100].

ℂ *Ad iij. et ad omnes alias horas antiphone, capitula, ℟. et ℣. cum oratione sicut in prima die* [*dicantur*].[87]

ℂ *Ad vesperas et deinceps usque ad octavam diem nichil fiat de apostolo : nisi tantum memoria que precedet memoriam beate Marie : cum antiphonis prime diei de nocturnis, quibus dictis dicatur ant.* Unus ex duóbus qui. {1}. *ut supra in vigilia, et semper cum hoc versu tam ad vesperas quam ad matutinas ℣.* Diléxit Andréam. {3}. [*Et cum hac*][88] *oratione* Majestátem tuam. {28}. *Nam in sabbato fit plenum servitium de sancta Maria.*

*Quod si festum sancti Andree quavis alia feria contigerit tunc nichil fiat de festo infra octavas usque ad octavam diem : nisi tantum memoria cum antiphona* Vidit Dóminus. {34}. *et cetere antiphone per ordinem dicentur : similiter et antiphona* Videns Andréas crucem. *ut supra,* {39}. *et* Unus ex duóbus. {1}. *et semper cum precedente ℣. et predicta oratione dicantur.*

# ℂ *In depositione*[89] *sancti Osmundi episcopi et confessoris.*

(*iv. Decembris.*)

[*Omnia de communi unius confessoris et pontificis secundum picam Sarum.*][90]

## *Ad vesperas.*

*Ant.* Justum dedúxit. [*Major.*] *In communi.* [791].
*Capitulum.* Ecce sacérdos. [791].
℟. Miles Christi. [817].
*Hymnus.* Iste conféssor. [792].
℣. Amávit. [800].
*Ant.* Conféssor [Dómini *N.*]. [800].
*Ps.* Magníficat. 53*.
[Orémus.][91]

*Oratio.*

DEus cujus antíqua mirácula étiam nostris tempóribus ad tui nóminis magnificéntiam ac laudem et honórem sancti confessóris tui [atque pontíficis][92] Osmúndi choruscáre séntimus : concéde propícius, ut cujus commemoratiónem[93] cólimus, ejus intercessiónibus et in presénti século te glorificémus, et in futúro pérfrui mereámur. Per Dóminum.

*Ad matutinas ix. lectiones, cetera omnia de communi unius confessoris et pontificis.* [801].



# ℂ *In festo sancti Nicholai episcopi [et confessoris].*[94]

(*vj. Decembris.*)

## *Ad [primas][95] vesperas.*

*Ant.* Justum dedúxit. *in communi. Major.* [791].

*Psalmi feriales.*

*Capitulum.* Ecce sacerdos. [791].

AS:358; 1519-S:10r; 1531-S:4v.[96]

6222. Resp. VI.





ti- ó- nem. †Il- li nimí- rum to-ta nos de- vo-



ti- ó- ne. ‡Opór- tet commít- te- re.



6222a.

℣. Ut a-pud Chris-tum e-jus patro- cí-ni- is adju-vé-



mur semper. †Il- li nimí- rum to-ta nos de-



vo- ti- ó- ne.

*Non dicatur ulterius : sed statim clerici incipiant prosam hoc modo.*

AS:358; 1519-S:10r; 1531-S:4v.[97]

Prosa. VI.



6222P.

O - pórtet de-vó-ta mente sincé-ri-ter. E.



℣. Pecca-tó-res Chris-ti- á-nos te-ná-ci-ter. E.



℣. Pré-su-li tanto.

[*Chorus respondeat sic.*][98]



Commítte- re. †Il- li.



℣. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-tu-



i Sancto. †Il- li.

*Hymnus.* Iste conféssor. [792].
℣. Amávit [eum Dóminus].[99] [800].

AS:354; 1519-S:10v; 1531-S:4v.[100]

4051. Ant. I.ii.



O Pas-tor e-tér-ne, * o clemens et bo-ne custos,



qui dum de-vó- ti gre-gis pre-ces at-tén-de-res :



vo- ce lapsa de ce- lo pré-su-li sanctíssimo, dig-num e-



pisco-pá-tu Nicho-lá- um ostendís-ti tu- um fá-mu-lum.



*Ps.* Magníficat. 53*.

*Oratio.*

DEus qui beátum Nicholáum pontíficem tuum innúmeris
[5r.] decorásti miráculis : tríbue nobis quésumus, ut ejus méritis et précibus, a gehénne incéndiis liberémur. Per Dóminum nostrum.

*Memoria de sancto Andrea, et de adventu : et de sancta Maria.*

*Deinde eat processio ad altare sancti Nicholai si habeatur : cum thuribulis et ceroferariis et puero librum deferente : sine cruce, choro prosequente, habitu non mutato : cantando* ℟. Ex ejus tumba. *infra ix.* {64}. *Rectores simul dicant* ℣. Catervátim. *Chorus.* †Surdis.

*Non dicitur prosa in hac processione.*

[*In hac processione*][101] *Dum versus canitur incenset altare sacerdos* [*deinde imaginem sancti Nicolai*][102] *: et postea dicat* ℣. Ora pro nobis beáte Nicholáe. [530].

*Oratio.*

DEus bonitátis auctor et bonórum dispensátor, concéde propícius : ut qui beáti Nicholái confessóris tui atque pontíficis solennitátem venerámur, ejus patrocíniis atque suffrágiis[103] majestátis tue propiciatiónem consequámur. Per Christum Dóminum nostrum.

*In redeundo de omnibus sanctis ant.* Salvátor mundi. {1596}. ℣. Letámini in Dómino. [195]. *Oratio.* Infirmitátem nostram. [192].

## ℭ *Ad matutinas.*

[*Rectores chori non mutantur sed tertius de superiori gradu ex parte chori pro voluntate cantoris eis in cappis sericis associatur ad cantandum invitatorium.*][104]

AS:355; 1519-S:11r; 1531-S:5r.[105]

1017. Invit. IV.v.



A- do-ré-mus * Re-gem se- cu-ló-rum. †In quo vi-



vit Nicho-lá- us honor sa-cerdó- tum. *Ps.* Ve-ní-te. 24*.

[ ℭ *Sciendum est itaque quod hec sunt festa et octava in quibus Invitatorium a tribus cantatur, videlicet in octava Epyphanie, in conversione sancti Pauli, in cathedra sancti Petri, in festo sancti Johannis ante portam Latinam, in octava ascensionis, et in octava Corporis Christi, in translatione sancti Edmundi archiepiscopi, in festo sancti Barnabe apostoli, in commemoratione sancti Pauli, in octava apostolorum Petri et Pauli, in festo sancte Marie Magdalene, ad vincula sancti Petri, in festo sancti Laurentii, in octavis assumptionis et nativitatis beate Marie, in decollatione sancti Johannis baptiste, et in octava dedicationis ecclesie, in festo sancti Michaelis in monte tumba. In festo sancti Martini, in festo sancti Edmundi archiepiscopi, et in festo sancti Nicolai.*][106]

*Hymnus.* Iste conféssor. [793].

## ℭ *In j. nocturno.*

AS:355; 1519-S:11r; 1531:5r.[107]

3888. 1. Ant. I.ii.



NObi-líssimus síqui-dem * na-tá- li-bus ortus : ve-lut



lú-ci- fer Nicho- lá- us e-mí-cu- it. *Ps.* Beátus vir. (*j.*) [12].

AS:355; 1519-S:11r; 1531-S:5r.[108]

2. Ant.
II.i.



4336.

POstquam domi * pu- e-rí-lem de-cúr-rit e- tá-tem,



cunctis mundi hu- jus spre- tis oblecta-ti- ó-ni-bus



Chris-ti se ju-go subjí-ci- ens : do-cuméntis sanctis su- um



pré-bu- it au-dí-tum. *Ps.* Quare fremuérunt. (*ij.*) [12].

AS:355; 1519-S:11v; 1531-S:5r.[109]

3. Ant.
III.i.



4408.

PU-dó-re * bono replé-tus De- i fá-mu- lus : súmpti-



bus da- tis stupri nephas pro- hí-bu- it. *Ps.* Dómine quid. (*iij.*) [13].

℣. Amávit eum Dóminus. [800].

*Lectio prima.*

BEátus Nicholáus ex illústri prosápia ortus : civis fuit Páthere urbis. Cujus paréntes inter catérvas poténtium quanta honorificéntia celebrabántur : tanto supérne pátrie accénsi desidério, magis celéstis dignitátis quam terréne glóriam appetébant. Revéra enim cum essent nímium locupletáti, nullíus honóris insígnia, nulliúsque summe poténtie dispónere moderámina voluérunt : sed omni stúdio continéntium se lege vinciéntes, célibem vitam actitáre satagébant. Et mirum in modum cum in primévo juventútis flore hunc solum genuíssent fílium, cunctis se voluptátibus abdicárunt, et inter suas preces quas frequénter in templo Dómini fundébant : hunc solum supérstitem, hunc non tantum divitiárum quantum et morum flagitábant herédem. Horum vota Deus ex alto prospéctans : haud petitióni eórum défuit. Nimírum qualis futúrus esset puer : in ipso (ut ita dicam) primórdio nativitátis ejus monstráre dignátus est.

AS:355; 1519-S:11v; 1531-S:5r.[110]

6310. 1. Resp. I.






6310a.

*Lectio ij.*

ENimvéro cum matris adhuc lacte alerétur, cepit bino in ebdómada die quarta scílicet et sexta féria semel bíbere mammas : et hac vice conténtus tota die sic permanébat. Puerílibus ígitur annis simplíciter domi transáctis : cepit bone índolis adoléscens esse. Et non sicut illa etas ássolet lascíviam compléxus est mundi : sed nunc paréntum comitátus vestígiis, nunc solus ecclesiárum terébat límina, et quod ibi de Scriptúris pátulo advertébat audítu non ímmemor, armaríolo condébat péctoris. Ubi autem utróque parénte orbátus est : sépius illud Evangélium ante sue mentis ducébat óculos, Nisi quis renunciáverit ómnibus que póssidet : non potest meus esse discípulus. Tália beáto Nicholáo cogitánte, áccidit ut quidam convicáneus ejus nímium locúplos ad tantam veníret inópiam : ut nec étiam necessária vite habéret. Quid plura ? Ingruénte inédia : tres vírgines quas habébat fílias, quarum núptias étiam ignóbiles spernébant viri, fornicári constítuit, ut eárum saltem commércio infelícem ágeret vitam. Hoc ubi vir sanctus fama vulgánte cómperit, cóndolet misérrimo hómini, atque vírginum éxecrans stuprum : notáta cujúsdam noctis hora, sumens non módicum aurum, ligánsque in panno, perréxit ad domum viri. Quam[111] úndique circumspíciens : per fenéstram que cómpetens videbátur, clam intro projécit, clamque discéssit. [Tu autem.][112]

AS:356; 1519-S:11v; 1531-S:5r.[113]

7324. 2. Resp. II.




*Lectio tertia.*

Mane ítaque facto cum surrexísset homo, aurúmque reperísset illud, gáudio gavísus est magno : et grátias réddidit omnipoténti Deo. Tunc trádidit fílias marítis, quas prostitúere volúerat fornicatóribus. Celebrátis ígitur ex more primogénite fílie sue núptiis : Nicholáus Jesu Christi fámulus haud multo post, stropha qua prius símile perégit opus. Ubi vero terris est réddita dies, et homo prosilívit de stratu suo : invénit fulvi pondus metálli prióris equále. Tunc máximo

exultávit gáudio : et orávit sic, Dómine qui ómnia nosti, déprecor ineffábilem cleméntiam tuam : ut osténdere dignéris michi peccatóri, quis sit ille, qui tanta bona erga me exhíbere non désinit. Intérea paucis ádmodum evolútis diébus, ecce cultor Trinitátis Nicholáus ádvenit : et iteráte vicis factum trino cúpiens supplére número, equále duum jactávit taléntum. Cujus sónitu excitátus homo statim egréssus : jam vadéntem jamque fugiéntem, tali subsequebátur voce, Siste gradum : teque aspéctui ne súbtrahe nostro. Olim te vidére desiderávi : olim te cérnere concupívi. Sic fatus ócior ádvolat : spacióque corrépto, Nicholáum agnóvit per umbras. Mox humi prostrátus : osculári satagébat pedes ejus. Quod sanctus (pio ut erat péctore) prohíbuit fíeri : sed bréviter allocútus exégit ab eo, ne cuíquam, dum vitáles cárperet auras, Nicholáum hujus rei indicáret auctórem.

AS:356; 1519-S:12r; 1531-S:5v.[114]





il- lis : Ec-ce assum quid vo-cás- tis me. †Et.



℣. Gló-ri- a Pa-tri et Fi-lí- o : et Spi- rí-tu- i



sancto. †Et.

## ℭ *In ij. nocturno.*

AS:356; 1519-S:12r; 1531-S:5v.[115]

1534. 4. Ant. IV.i.



AU-ro * vírgi-num incéstus, auro pa-tris e-á-rum



in- ó-pi- am : auro prorsus utro- rúmque de-testá-bi-lem



infámi- am De- i ser-vus ad-é-mit Ni-cho- lá- us.



*Ps.* Cum invocárem. (*iiij.*) [13].

AS:357; 1519-S:12v; 1531-S:5v.[116]

5. Ant. V.ii.

 3348.

INno-cénter * pu-e-rí-li-a ju-ra transcén-dens :



e-vangé-li-ce insti-tu-ti-ó-nis discí-pu-lus effèctus est.



*Ps.* Verba mea. (*v.*) [14].

AS:357; 1519-S:12v; 1531-S:5v.[117]

6. Ant. VI.

 2949.

GLó-ri-am * mundi spre-vit cum su-is oblecta-ti-



ó-ni-bus : et í-de-o mé-ru-it pró-ve-hi ad summum



sa-cerdó-ti- i gra-dum. *Ps.* Dómine Dominus noster. (*viij.*) [17].

℣. Justum dedúxit. [808].

*Lectio iiij.*

HIs ítaque transáctis : Mírrea metrópolis orbáta est suo antístite. Cujus óbitum non medi-ócriter adjacéntium parrochiárum condoléntes epíscopi : (fúerat enim bene religiósus) convenérunt in unum cum cléricis cunctis, ut Dómino annuénte providérent illi ecclésie

secúndum scita canónum ydóneum présulem. Concióne ítaque facta, intérerat quidam póntifex magne auctoritátis, ad cujus intúitum ómnium[118] pendébat senténtia : ut quem ille voce próderet : hunc proculdúbio elígerent univérsi. Illis ítaque summa cum devotióne orántibus : vocem de celo audívit predíctus póntifex dicéntem sibi, ut egrédiens ante portas ecclésie staret, et quem primum hora matutináli veníre conspíceret, ipsum consecrárent antístitem, adjungéntem étiam quod Nicholáus vocarétur. Tum presul ille céteris coepíscopis hanc insínuans revelatiónem, adjécit, Vobis in oratióne persisténtibus : ego forínsecus excubábo. Credo enim : quod non privémur promísso Dei. Sic ait, et valvas basílice sancta calliditáte observábat. Mirum in modum matutináli hora quasi a Deo missus : ante omnes se agébat Nicholáus. Cunque ad jánuas ecclésie propinquásset, injécta manu apprehéndit eum epíscopus : blandéque sciscitátus est dicens, Quale nomen habes ? Ille (columbína ut erat simplicitáte) inclináto cápite : Nicholáus inquit, servus vestre sanctitátis. Cui prótinus presul palmis innéxis ait, Fili veni mecum : est enim áliquid secréti quod tue índoli fari débeam.

AS:357; 1519-S:12v; 1531-S:5v.[119]

6146. 4. Resp. IV.






6146a.

*Lectio v.*

MOx introgréssus : en fratres proclamávit, vere ait Dóminus, Quodcúnque petiéritis in nómine meo, crédite quia accipiétis et fiet vobis. En inquam quod petívimus accépimus. En adest, de quo vestra flagitávit cháritas. Quo viso : omnes ingéntem tulére clamórem ad sýdera, et certátim Salvatóris laudábant mag-
[*6r.*] nália. Beátus ígitur Nicholáus licet plúrimum renítens obstíterit, plurimúmque repugnáverit : intronisátus ílico (sicut mos exigébat regiónis illíus) pontificálem accépit ínfulam. Qui pontificáli sublimátus honóre, sic cepit choruscáre miráculis : ut non tantum sui, sed étiam aliéni quibúslibet oppréssi angústiis, invocáto nómine ejus statim sentírent levámen. Quadam namque die cum quidam naute súbita maris tempestáte periclitaréntur, ádeo ut preséntem illis intentárent ómnia mortem : extémplo dissolútis frigóre membris clamitáre cepérunt, Nicholáe fámule Dei, si vera sunt que de te audívimus : nunc nos ea suprémo in perículo constitúti experiámur, quátenus erépti ex seviéntis[120] flúctibus maris, Deo et tue liberatióni grátias agámus. Mira res. Tália referéntibus : appáruit quidam in similitúdine viri dicens eis, Vocástis enim me : ecce assum. Et cepit eos in rudéntibus et anténnis : aliísque adjuváre navis armaméntis. Nec multo post omnis pelági cécidit fragor : omnísque cessávit tempéstas. Tunc naute leti quantótius optátum

subeúntes portum : mirábile dictu, Nicholáum quem nunquam nóverant, sine índice cognovérunt. Mox prostráti ad pedes ejus, cepérunt ei grátias ágere : dicéntes quáliter de confínio mortis ipso suffragánte liberáti essent. Tu autem.

AS:357; 1519-S:13r; 1531-S:6r.[121]

7474. 5. Resp. V.




7474a.

*Lectio sexta.*

Cum in Frígie pártibus quedam gens a Constantíni Césaris império discessísset : conféstim idem Augústus tres milítie sue príncipes quos Dólopes stratilátes vocant, jussit ut cum preparáto naváli apparátu ad subjiciéndos proficisceréntur rebélles. Qui armáta juventúte stipáti, postquam longíssima maris itínera transfretavérunt : súbita intempérie

exórta, tandem litóribus Adriátici portus qui a Mírrea urbe tribus distábat mílibus,[122] allabúntur. Ad quem beátus Nicholáus festínus perréxit, et eósdem stratilátes alácriter suscípiens invitávit : ut páriter ad urbis proficiscéntes ménia, non dedignaréntur illíus pérfrui benedictióne. Quibus pergéntibus : ecce relátum est sibi a dicéntibus, tres júvenes injúste capitálem accepísse senténtiam, et cónsulem magno excecátum múnere neci eórum consentíre. Hoc audíto : pietátis igne inflammátus, cucúrrit ad locum decollatiónis expedítius, secum prefátos ducens príncipes. Quo pervéniens : répperit eos póplite flexo veláta fácie super exértam cervícem operíri jam vibrátum spiculatóris ensem. Qui non potestáte mundána, non mucróne térritus, totum se audácter in lictórem ingéssit : eminúsque de manu ejus gládium propéllens, non prius abscéssit quam illos solútos a vínculis secum redúceret. Favóre ígitur prosecútus pópuli qui ejus expectándo advéntum gladiatóribus impediménto fúerat, ad pretórium cónsulis accéssit : nec prius déstitit, donec innocéntes illos fáceret abíre indemnátos. [Tu.][123]

AS:358; 1519-S:10r; 1531-S:6r.[124]

6. Resp. VI. 6222.





ti- ó- nem. †Il- li nimí- rum to-ta nos de- vo-



ti- ó- ne. ‡Opór- tet commít- te- re.

6222a. 

℣. Ut a-pud Chris-tum e-jus patro- cí-ni- is adju-vé-



mur semper. †Il- li. ℣. Gló- ri- a Pa-tri et Fí-li- o :



et Spi-rí-tu- i Sancto. ‡Opór- tet.

## ℂ *In iij. nocturno.*

AS:358; 1519-S:13r; 1531-S:6r.[125]

4309. 7. Ant. VII.i.



POntí- fi-ces * al- mi di-ví-na re-ve-la- ti- óne



le- ti- fi-cá-ti : Nicho- lá- um pré-su-lem de-vo-tís-si-me



conse-cra-vé-runt. *Ps.* Dómine quis habitábit. (*xiv.*) [23].

AS:358; 1519-S:13r; 1531-S:6r.[126]

8. Ant. VIII.i.



SAnctus * qui-dem trí-ti-cum quod a nau-tis postu- 4795.



lá-ve-rat accéptum : et sa-ga-ci-tá-te distri-bú-e-re,



et augé-re pré-ci-bus impe-trá-vit. *Ps.* Dómine in virtúte. (*xx.*) [38].

AS:358; 1519-S:13v; 1531-S:6r.[127]

9. Ant. I.ii.



MUné-ri-bus * da-tis ne- ci sunt jú-ve-nes inno- 3842.



cén-tes addíc-ti : qui-bus Dómi-ni ser- vus fu- it vi-te



pre- sí-di- um festi- nánter. *Ps.* Dómini est terra. (*xxiij.*) [93].

℣. Justus ut palma. [699].

*Lectio vij.*

STratilátes deínde illi post celebrátum convívium, pontíficis benedictióne aucti : iter aggréssi sunt ceptum : et flátibus secúndis velóciter Frígiam pervenérunt. Quam cum sagáciter sub impérii jura redegíssent : Constantinopoléam repedántes ad urbem, triumpháliter ab imperatóre recépti sunt. Quibus invidéntes quidam dolósi ad preféctum nómine Ablávium[128] accessérunt : magnísque munéribus ánimum ejus allícere[129] cepérunt : ut eum in perníciem armárent inno-
[6v.] céntium. Qui extémplo corrúptus immensitáte fulvi metálli : intrávit ad Augústum : et sic orsus est fari. Excellentíssime dómine : ecce invídia diáboli suscitávit intestínos contra vos inimícos. Revéra enim stratilátes illi quos dudum Frígiam vestra misit sublímitas : insídias machinántur dómino meo. Ilico Augústus quasi suam comperísset mortem, tanta fúria actus est : ut absque inquisitióne precíperet illos in cárcere retrúsos occídi. Qui ingemiscéntes spársis crínibus scidérunt vestiménta sua : et cum magno ululátu tália clamitábant, Deus Rex excélse succúrre nobis míseris, succúrre peritúris, nostrámque deprecatiónem méritis servi tui Nicholái dignánter atténdas, quátenus sicut ejus instántia tres illos viros erútos a morte conspéximus : ita nos per ejus intercessiónem ab instánti eripiámur senténtia. Sic supplicábant : sic simul uno ore beátum Nicholáum invocábant, Sancte Nicholáe : ádjuva nos. Serve Dei licet absens, intervéni pro nobis : quem crédimus ómnium compáti necessitátibus : et pro eis Dómino sépius supplicáre. Tu autem.

AS:359; 1519-S:13v; 1531-S:6v.[130]

7719. 7. Resp. VII.






7719a.

*Lectio viij.*

Nocte ígitur insecúta qua plecténdi erant stratilátes illi, cum se Augústus sopóri dedísset : appáruit ei quedam effígies sancti Nicholái dicens, Constantíne cur stratilátes illos injúste comprehéndi fecísti ? Cur sine crímine morti addixísti ? Surge celer, eósque dimítti quantotíus jubéto. Quod si fortássis me spreto ália fácere volúeris : celéstem déprecor Regem, ut contémptus mei ultor exístens : tibi induráto bellum sinat insúrgere : et te ibi perémpto, caro tua béstiis avibúsque sit cibus. Cui Augústus, Quis vel cujus auctoritátis es tu, ut hac hora palátium meum ingréssus, tália áudeas loqui ? Et ille, Ego sum Nicholáus peccátor : Míree metrópolis epíscopus. Tali ígitur imperátor pertérritus visióne, excútitur somno : et conféstim accérsitis magnátibus suis, fecit sibi stratilátes illos presentári. Quibus astántibus : Noris[131] inquit

áliquem hóminem cui nomen est Nicholáus ? Mox illi audíto tanto nómine, tendéntes ad sýdera palmas utrásque : magna voce Dóminum benedicébant. Et contínuo prosequéntes narravérunt, qualis quantéque humilitátis vir esset et bonitátis : predictámque júvenum ereptiónem per órdinem pandunt. His Cesar áuditis plúrimum mirátus est : et pro tanti viri bonitáte Deum vénerans ait, Ite inquit ac fámulo Dei grátias agíte : immo Deo qui vos per eum liberávit. Ex mei autem Constantíni donáriis munúscula, necnon et ápices nostros ferte vobíscum, eíque dícite ut dignánter suscípiat : et michi libentíssime precéptis ejus obediénti non minári sed pro me oráre stúdeat : atque pro pace regni nostri, ac magis pro totíus orbis Dóminum depóscat. Tu.

*Hoc ℟. incipiatur ab uno solo clerico de superiori gradu : loco nec habitu mutato.*

AS:359; 1519-S:13v; 1531-S:6v.[132]

7643. 8. Resp. VIII.



*Omnes cantent versum qui volunt in statione puerorum.*[133]



7643a.

℣. Afflu-ens í-taque mi-se-ri-córdi- e viscé-ri- bus :



me-tál-lo dupli-cá-to propulsá- vit e-á- rum infá-mi- am.



†E-a-rúm-que.

*Lectio ix.*

Cum ígitur his benefíciis ac virtútibus beatíssimus floréret Nicholáus decídit in egritúdinem qua ex hac instábili luce subtráctus est. Cernens ítaque mortem sibi adésse preséntem, quam nemo mortálium valet preteríre : indesinénter cepit oráre et psállere, déprecans Dóminum atténtius, ut ad suscipiéndam ánimam ipsíus sanctos suos ángelos dirígeret. Et cum in tanta mentis intentióne profúsius oráret : vidit glorióses patrónos, sanctos vidélicet ángelos ad se veniéntes. Inclinatóque cápite, signo crucis armávit se, eucharístiam percépit, astántibus benedíxit, et óscula pacis dedit : et tricésimum psalmum incépit dicens, In te Dómine sperávi non confúndar in etérnum : usque In manus tuas Dómine comméndo spíritum meum. Et cum hec dixísset : trádidit preciósam ánimam in manus sanctórum angelórum qui ei apparuérunt. Dormívit autem in senectúte bona et [7r.] appósitus est ad patres sanctos octávo idus Decémbris, sexta féria, quintadécima indictióne : imperánte Christianíssimo et Dei cultóre imperatóre Joviniáno, anno trecentésimo et nono a passióne Dómini. Positúsque est in sacratíssima domo sancte Syon : in déxtera parte ipsíus aule in sepúlchro excélso, tanti sacerdótis humatióni digno de quo sepúlchro duo fontes exoriúntur. Ex uno meátu a parte capitáli ólei liquor lucidíssimus éffluit : ex áltero vero qui est ad pedes ejus, delectábilis aqua atque perspícua prósilit, ad benefícium et remédium

infírmis. Qui dum de eódem liquóre sancto perúncti fúerint : et ex ea aqua potum[134] súmpserint, optáte reddúntur sanitáti, prestánte Dómino nostro Jesu Christo, qui vivit et regnat Deus per ómnia sécula seculórum amen. Tu autem.

AS:359; 1519-S:14r; 1531-S:7r.[135]

6679.




6679a.



*Et non dicatur ulterius, sed statim sequatur prosa,* [*et chorus respondeat cantum prose super litteram prose scilicet* ℟. *post unumquemque versum choro interim sedente*].[136]

AS:360; 1519-S:14v; 1531-S:7r.[137]

Prosa. I.



6679P.

SOspi-tá-ti de-dit egros * ó-le- i perfú-si- o.



℟. ℣. Nicho-lá- us naufra-gá-tum áffu- it pre-sí-



di- o. ℟. ℣. Re-le-vá-vit a de-fúnctis de-fúnctum



in bí-vi- o. ℟. ℣. Bapti-zá-tur auri vi-so Ju-dé-



us indí-ci- o. ℟. ℣. O quam pro-bat sanctum De-



i, far-ris augmentá-ti- o ? ℟. ℣. Vas in ma-ri




[*Deinde repetatur* ℟. Ex ejus tumba.][138]

## [*Ante laudes.*]

℣. Ora pro nobis beáte Nicholáe. [530].

## ℭ *In laudibus.*

AS:360; 1519-S:15r; 1531-S:7r.[139]

1651. 1. Ant. I.v.





je- jú-ni- o ma-ce-rá-bat corpus. *Ps.* Dóminus regnavit.(*xcij.*) [45].

AS:360; 1519-S:15r; 1531-S:7r.[140]

2. Ant.
II.i.



2562.

ECclé-si- e * sancte frequéntans lí- mi-na sa-cra



péc- to- ri condé-bat mandá-ta. *Ps.* Jubiláte. (*xcix.*) [46].

AS:361; 1519-S:15r; 1531-S:7r.[141]

3. Ant.
IV.i.



3532.

IUs-te * et pi- e vi-vén-do ad honó-rem sa-



cerdó-ti- i mé-ru- it promó-ve- ri di- ví-ni-tus.



*Ps.* Deus Deus meus. (*lxij.*) [47].

AS:361; 1519-S:15r; 1531-S:7r.[142]

4. Ant.
VI.



1387.

A - mí-cus * De- i Nicho- lá- us ponti-fi-cá-li de-co-






*Ps.* Benedícite. (*Daniel iij.*) [48].

AS:361; 1519-S:15r; 1531-S:7r.[143]

4052. 5. Ant. VIII.i.










*Ps.* Laudáte. (*cxlviij.*) [49].

*Capitulum.* Ecce sacérdos. [791].
*Hymnus.* Jesu Redémptor. [820].
℣. Justus germinábit. [829].

AS:361; 1519-S:15v; 1531:7r.[144]

1927. Ant. III.iii.






*Oratio.* Deus qui beátum Nicholáum. {45}.

℄ *Memoria de sancto Andrea cum hac antiphona* Unus ex duóbus. *ut supra in vigilia Andree,* {1}. *nisi festum sancti Nicholai in sabbato contigerit, tunc enim dicitur hic ad memoriam* [*de apostolo*][145] *antiphona* Bíduo vivens. {37}. *Cum vero festum sancti Nicholai a dominica reservatum fuerit in crastinum*[146] *tunc* [*enim*][147] *dicatur ad memoriam de apostolo* [*scilicet*][148] *antiphona* Concéde nobis. {28}. [*oratio* Prótegat nos. *ut infra.* {71}.][149] *Si vero festum apostoli in quinta feria ante adventum contigerit tunc dicatur hic ad memoriam ejusdem, antiphona* Unus ex duóbus. {1}.

*Memoria de adventu, et* [*postea*][150] *de sancta Maria.*

## ℄ *Ad j.*

*Ant.* Beátus Nicholáus. *j. de laudibus.* {66}.
*Ps.* Deus in nómine. (*liij.*) [95].
*Ant.* Te jure. [99].
*Ps.* Quicúnque vult. [100].

## ℄ *Ad iij.*

*Ant.* Ecclésie sancte. *ij. de laudibus.* {67}.
*Ps.* Legem pone. (*cxviij.*) [132].
*Capitulum.* Ecce sacérdos. [791].

*℟. et ℣. de communi unius confessoris et pontificis ad omnes horas dicuntur similiter et capitula.* [831].

## ☾ *Ad vj.*

*Ant.* Juste et pie.[151] *iij. de laudibus.* {67}.
*Ps.* Defécit. (*cxviij.* 81.) [141].
*Capitulum.* Benedictiónem. [820].

## ☾ *Ad ix.*

*Ant.* O per ómnia. *v. de laudibus.* {68}.
*Ps.* Mirabília testimónia. (*cxviij.* 129.) [150].
*Capitulum.* Cognóvit. [831].

## ☾ *Ad secundas vesperas.*

*Ant.* Beátus Nicholáus. {66}.
*Psalmi feriales.*
*Capitulum.* Ecce sacérdos. [791].
*Hymnus.* Jesu Redémptor. [821].
*℣.* Justus germinábit. [829].

AS:361; 1519-S:15v; 1531-S:7r.[152]

4008. Ant. VI.






*Oratio.* Deus qui beátum Nicholáum. {45}.

## *Memoria de sancto Andrea.*

*Ant.* Ambulans Jesus. *ut supra in vigilia sancti Andree.* {3}.

℣. Diléxit Andréam Dóminus.

[℟.] In odórem. {3}.

*Oratio.*

PRótegat nos quésumus Dómine sépius beáti Andrée apóstoli tui repetíta solénnitas : ut cujus patrocínia pia devotióne recólimus, perpétuam defensiónem sentiámus. Per Dóminum nostrum.

¶ *Memoria de adventu et de sancta Maria.*

# ℂ *In octava*[153] *sancti Andree apostoli.*

## *Ad matutinas.*

*Invitatorium.* Diléxit Andréam Dóminus. {33}.

*Ps.* Veníte. 13*.

*Quando vero hoc predictum invitatorium cum antiphonis sequentibus et cum tribus primis responsoriis de hystoria in vj. feria ante adventum Domini dicitur : tunc invitatorium* Adorémus. {6}. [*ps.* Veníte. *cum antiphoniis et psalmis de die et duobus Responsoriis de ij. nocturno et ix.* ℟. *quod sit iij.*][154] *hac die dicitur.*

[*7v.*] ℂ *Notandum* [*est*][155] *quod quando octava sancti Andree in sabbato contigerit : fiet tunc ibi plenum servitium de sancta Maria et de octava tantum memoria cum missa in capitulo.*

*Et sciendum est quod per totum annum solet dici invitatorium duplex infra octavas et etiam in octavis que fiunt*[156] *sine regimine chori quando de octavis fit servitium.*

*Hymnus.* Andréa pie sanctórum mitíssime. {3}.

*Versus.* Annue Christe. *in communi.* [647].

*Antiphone etiam de nocturnis prime diei in quacunque feria festum apostoli contigerit hac die dicuntur.* {6}.

℣. In omnem terram exívit sonus eórum. *et cetera.* [651].

*Lectio prima.*

MAximílla quedam potentíssima matronárum in spelúnca[157] pósita, statim ut agnóvit apóstolum Andréam perrexísse ad Dóminum : accéssit ad crucem, et suórum solátio cum omni reveréntia depósuit corpus, et condívit aromátibus, et ibi eum sepelívit ubi se sepeliéndam constitúerat. Egéas vero irátus,[158] disponébat contestatiónem públicam fácere : et accusatiónem contra Maximíllam et pópulum ad Césarem destináre.

℟. Dum perambuláret. *j.* {9}.

*Lectio ij.*

CUm autem hec ordináret Egéas :[159] priúsquam domum veníret, in médio foro civitátis in conspéctu ómnium, a diábolo vexátus expirávit.

Frater vero ejus tenens corpus sancti Andrée : evásit. Nunciátum est fratri ejus cui nomen erat Strátocles : et misit servos suos dicens eis, ut inter biothanáthos sepelírent eum.

℟. Mox ut vocem. *ij.* {10}.

*Lectio tertia.*

STrátocles vero frater Egée : de facultátibus ejus nichil quesívit dicens, Non michi permíttat Dóminus meus Jesus Christus cui crédidi, ut ego de bonis fratris mei áliquid contíngam, ne pólluat me crimen ejus qui apóstolum Dómini ausus fuit pro amóre pecúnie occídere. Hec autem gesta sunt apud Acháiam provínciam, civitátem Patras, prídie kaléndas Decémbris : ubi étiam prestántur gloriósa ejus benefícia usque ad preséntem diem. Tantus autem timor invásit univérsos : ut nullus remanéret qui non créderet Salvatóri nostro Deo, qui vult omnes salvos fíeri[160] et ad agnitiónem veritátis[161] veníre, ipsi glória in sécula seculórum amen.

℟. Vir iste. *ix.* {24}

## [*Ante laudes.*]

℣. Diléxit Andréam Dóminus. {25}.

## [*In laudibus.*]

¶ *In laudibus hec sola antiphona* Salve crux. *j. de laudibus.* {26}.

*Ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.*) [45].

*Capitulum.* Corde créditur. {2}.

*Hymnus.* Exúltet celum. [664].

℣. Annunciavérunt. [672].

*Ant.* Concéde nobis. {28}.

*Ps.* Benedíctus. 65*.

*Oratio.* Prótegat. {71}.

*Memoria de adventu et de sancta Maria : et postea de omnibus sanctis.*

*Si dies dominicus fuerit, vel si festum sancti Nicholai a dominica reservatum hac die celebretur, vel si in sabbato contigerit octava, tunc tantum memoria de octava fiet ad j. vesperas et ad matutinas, cum missa in capitulo.*

*Ad j. et ad alias horas fiat*[162] *sicut in crastino sancti Andree notatum est.*



## ℂ *In conceptione beate Marie virginis.*[163]

(*viij. Decembris.*)

### *Ad primas vesperas.*[164]

AS:518; 1520-S:105r; 1531-S:7v.[165]

1. Ant. I.v.



DE- i * Gé- ni-trix Vir-go semper Ma- rí- a 2142.



intercé-de pro no- bis depre-cámur. *Ps.* Laudáte púeri. (*cxij.*) [313].

AS:518; 1520-S:105r; 1531-S:7v.[166]

2. Ant. II.i.



BE-á- ta * pro-gé-ni- es unde Christe na-tus est : 1572.



quam gló-ri-ó- sa est vir-go que ce-li Re-gem gé-nu- it.



*Ps.* Laudáte Dóminum omnes gentes. (*cxvj.*) [320].

AS:518; 1520-S:105r; 1531-S:7v.

4705. 3. Ant. VIII.i.



SAncta * Ma-rí- a virgo intercé-de pro to-to mun-



do : qui- a ge-nu- ís-ti re-gem or- bis. *Ps.* Lauda ánima mea. (*cxlv.*) [354].

AS:518; 1520-S:105r; 1531-S:7v.[167]

5040. 4. Ant. IV.iii.



SUb tu- am * pro-tecti- ónem confú-gimus u-bi infír-



mi acce-pé-runt virtú-tem : et propter hoc ti-bi psál-limus



De- i gé-ni-trix vir-go. *Ps.* Laudáte Dóminum quóniam bonus. (*cxlvj.*) [355].

AS:519; 1520-S:105r; 1531-S:7v.




*Capitulum. Ecclesiastici xxiv.* [23.]

EGo quasi vitis fructificávi suavitátem odóris : et flores mei frúctus honóris et honestátis.

℟. Stirps Jesse. *infra iij.*[168] {83}.

*Hymnus.* Ave maris stella. {405}.

℣. Sancta Dei génitrix. [194].

AS:519; 1520-S:106r; 1531-S:8r. [169]

3852. Ant. I.i.




[ ☾ *Ad primas vesperas*][170] *Non dicatur tota antiphona ante psalmum* Magníficat. *nec thurificetur nisi principale*[171] *altare : nec ulla lectio legatur in cappa serica.*

*Oratio.*

SUpplicatiónem servórum tuórum Deus miserátor exáudi : ut qui in conceptióne Dei genitrícis et vírginis congregámur, ejus intercessiónibus a te de instántibus perículis eruámur. Per eúndem.

*Completorium de adventu non mutatur : nisi quod in fine hymni* Salvátor. [369]. *dicetur versus* Glória tibi Dómine, Qui natus.

## ℭ *Ad matutinas.*

AS:520; 1520-S:106v; 1531-S:8r.[172]

Invit. IV.v.



COrde * et vo-ce si-mul Chris-tum Re-gem ve-ne- 1057.



ré- mur. †Vírgi-nis et ma- tris ju-bi-lé- tur nó-bi- lis



ortus. *Ps.* Ve-ní-te. 24*.

*Hymnus.* Quem terra. {244}.

## ℭ *In j. nocturno.*

AS:520; 1520-S:106v; 1531-S:8r.[173]

1. Ant. I.iv.



HOdi- e concépta est * be- á- ta virgo Ma- rí- a 3108.



ex pro-gé-ni- e Da- vid : per quam sa-lus mun- di cre-



dénti-bus ap-pá-ru- it. *Ps.* Dómine Dóminus noster. (*viij.*) [17].

AS:520; 1520-S:106v; 1531-S:8r.[174]

1596. 2. Ant. II.i.




(*xviij.*) [34].

AS:520; 1520-S:106v; 1531:8r.[175]

4440. 3. Ant. III.i.




(*xxiij.*) [93].

℣. Sancta Dei Génitrix [Virgo semper María].[176] [194].

*Lectio j. Fulbertus, episcopus Carnotensis.*[177]

INter omnes sanctos memória beatíssime Vírginis Maríe, eo frequéntius ágitur atque festívius : quo majórem grátiam apud Deum créditor invenísse. Unde post ália quedam ipsíus antiquióra solénnia, non fuit conténta devótio fidélium quin conceptiónis ejus

solénne superádderet hodiérnum. Hac ítaque die peculiáriter in ecclésia recitándus viderétur esse liber ille, qui de ortu ejus atque vita scriptus inveniebátur : si non judicássent eum patres inter apócripha numerándum. At quóniam magnis ac sapiéntibus viris ita visum est : nos ália quedam sed non aliéna legéntes, ecclesiásticum morem débitis offíciis exequámur.

AS:521; 1520-S:107r; 1531:8r.[178]

1. Resp. III.




6854.

6854a.

*Lectio ij.*

BEáta ígitur Dómini Mater et perpétua Virgo María, priúsquam conciperétur oráculis enunciáta est : et designáta miráculis.

Concépta vero ex progénie[179] divínitus ordináta : privilégio virtútum insígnis enítuit, Salvatórem edídit. A quo glorificáta in celo : nunquam terrígenis patrocinári desístit. Propositiónem sequátur órdine suo narrátio. Jamque referámus unum de pretaxátis oráculis : ac deínde paucis expediámus.

AS:521; 1520-S:107r; 1531:8r.[180]




*Lectio iij.*

DIxit etérnus ad véterem : Deus ad serpéntem, Inimicítias ponam inter te et mulíerem : et semen tuum et semen illíus. Ipsa cónteret caput tuum. Quid est fratres in hoc loco caput serpéntis conterére, nisi principálem diáboli suggestiónem id est concupiscéntiam resisténdo su-

peráre ? Si ergo querátur quenam múlier hujúsmodi victóriam operáta sit : profécto non repéritur in línea generatiónis humáne, donec perveniátur ad illam de qua nunc ágimus sanctárum sanctam. Ac si interrogétur in quo serpéntis caput vel ipsa contríverit : nimírum in eo quod virginitátem simul et humilitátem sacrávit Deo.

AS:519; 1520-S:105v; 1531-S:8r.

7709.




7709a.



Sanc- to. ‡Requi- és- cit.

## ℂ *In ij. nocturno.*

AS:521; 1520-S:107v; 1531-S:8r.[181]

3110. 4. Ant. IV.ii.



HOdi- e * concépta est virgo Ma-rí- a ex sémi-ne



Abra-he, le-tántur archánge-li ex-últant omnes sancti,



et congáu- det om- nis mundus. *Ps.* Eructávit. (*xliiij.*) [206].

AS:522; 1520-S:107v; 1531-S:8r.[182]

2220. 5. Ant. V.i.



DIgnum namque est * ut e- i cum summa de-vo-ti-



óne fa-mu-lé-mur : per quam no- bis virgi-ni-tá- tis insíg-



[8*v.*] ni- a pul-lu- lá-runt. *Ps.* Deus noster refúgium. (*xlv.*) [207].

AS:522; 1520-S:107v; 1531-S:8v.[183]

6. Ant. VI.

 1704.

BEne-dícta * et ve-ne-rá-bi- lis est sancta Ma-



rí- a Virgo De- i Gé-ni- trix cu-jus na-ti-vi-tá-tem ce- le-





Dómi-num. *Ps.* Fundaménta ejus. (*lxxxvj.*) [270].

℣. Post partum. [188].

*Lectio iiij.*

VIrginitáte namque serváta, probátur extinxísse concupiscéntiam carnis : humilitáte que facit páuperem spíritu, concupiscéntiam mentis. Sicque principáli suggestióne diáboli victa : viciósum ejus caput virtútis pede contrívit. Non tamen hoc solo, sed eo quam máxime triumphávit, quod de sua mundíssima carne corporáta Dei sapiéntia vicit usquequáque malíciam : attíngens a fine usque ad finem fórtiter, et dispónens ómnia suáviter.

AS:522; 1520-S:107v; 1531-S:8v.[184]

4. Resp. I.

 7198.

COncépti- o * glo- ri- ó- se vírgi- nis Ma-




7198z.

*Lectio v.*

HEc est ergo múlier ad quam divínum illud intendébat oráculum. Hanc quandóque nascitúram innuébat[185] : hanc singuláriter designábat. Expedíto quam paucis oráculo : unum quoque[186] de miráculis absolvámus. Accépte sunt olim a sancto Móyse síngule virge de síngulis tríbubus Israélis : nomínibus eárum inscrípte (jubénte Deo) et pósite sunt in tabernáculo ejus. Inter quas una que fúerat Aaron : invénta est sequénti die germinásse, fronduísse, floruísse : ac peperísse amígdala.

AS:522; 1520-S:108r; 1531-S:8v.[187]




7199.

7199e.




*Lectio vj.*

SCiens ergo Dóminus hoc opus suum magni esse mystérii : jussit servári[188] virgam ad moniméntum. Monebántur autem fílii Israel preséntia virge quérere sollícite : quid significáret tam mirábile factum. Quod longe post aperíre pergens divínus Esáyas, Egrediétur (inquit) virga de radíce Jesse, et flos de radíce ejus ascéndet : et requiéscet super eum Spíritus Dómini. Ad hec verba tanquam auditóres ejus dícerent, O pater Esáia obscúre lóqueris, dic nobis [quésumus][189] ipsam rem maniféstius : adjécit claritátem et ait, Ecce virgo concípiet et páriet fílium : et vocábitur nomen ejus Emmánuel. Tu autem Dómine.

AS:523; 1520-S:108v; 1531-S:8v.[190]

6024.







6024a.








℣. Gló- ri- a Pa- tri et Fi-lí- o : et Spi-rí- tu- i



Sanc- to. †Si-cut.

## ℂ *In iij. nocturno.*

AS:523; 1520-S:108v; 1531-S:8v.[191]

7. Ant. VII.i.



COncép-ti- o * est hó-di- e sancte Ma-rí- e vírgi-nis : 3848.



cu-jus pulchri-tú-di-nem respéx-it De-us et vi-si-tá- vit



humi-li-tá- tem su-am. *Ps.* Cantáte. *j.* (*xcv.*) [278].

AS:523; 1520-S:108v; 1531-S:8v.[192]

8. Ant. VIII.i.



IS-ta est * spe-ci-ó-sa e-léc-ta a Dómi- 3414.



no : cu-jus concep-ti-ónem ce-le-bré-mus ut ipsa pro



no- bis intercé- dat ad Dómi-num De- um nostrum.



*Ps.* Dóminus regnávit exúltet. (*xcvj.*) [278].

AS:524; 1520-S:109r; 1531-S:8v.

2860. 9. Ant. IV.i.



F E- lix * namque es be-á- ta virgo Ma-rí- a :



que et ge-ni-trí-cis digni-tá-tem ob-ti-nu- ís- ti : et virgi-



ná-lem pu-di-cí-ti- am non ami- sís-ti. *Ps.* Cantáte. *ij.* (*xcvij.*) [289].

℣. Speciósa facta [es et suávis].[193] [481].

¶ *Initium sancti Evangelii secundum Mattheum. j.* (1-16.)



LIber generatiónis Jesu Christi fílii David : fílii Abraham. Et relíqua.

*Omelia venerabilis Bede presbyteri.*

PRefatiónem[194] totíus óperis premísit de quo dictúrus erat, id est de Christo, per quem ascéndit ad David cui dictum est, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam, et a David usque ad Abraham, cui promíssum est, in sémine tuo benedicéntur omnes gentes terre : ad quem fuit princípium promissiónis. Ideo pósuit eum evangelísta

princípium narratiónis sue : et per eum per síngulas genealógias descéndit ad Christum : ut in eo, id est, in Christo séries generatiónis terminarétur. Ideo in Christo inítium libri incipiebátur : quia ille est inítium salútis nostre et finis, id est perféctio etérnas beatitúdinis. Nam et Móyses librum creatiónis celi et terre scripsísse se testátur : in quo peritúri hóminis oríginem texúerat. Tu autem.

AS:524; 1520-S:109r; 1531-S:8v.

7. Resp. VIII.




6169.

6169z.

*Lectio viij.*

MAthéus librum generatiónis Jesu Christi se esse scriptúrum promísit, in quo salus géneris humáni ostenderétur, que in nómine Jesu sonat : quia Jesus Salvátor inter- [*9r.*]
pretátur. Nam Christus, Unctus in

Latínum interpretátur, et est nomen dignitátis : quia antíquis tempóribus, reges, prophéte, et sacerdótes, óleo sanctificatiónis ungebántur. Ipse autem Christus pre partícipibus suis, a Deo unctus légitur esse : quia in eo omnem plenitúdinem divinitátis inhabitáre complácuit, qui venit in mundum per eléctos patres et circuncísos. Nam eléctio in David : et circuncísio in Abraham demonstrátur. Etiam David Manu fortis interpretátur : qui fortíssimum Dei pópuli hostem solus aggréditur, vincit et occídit. Ita et bellátor[195] noster fortíssimus Christus, solus cum diábolo hoste atrocíssimo certávit, eúmque superávit et damnávit : et post hanc victóriam multórum pater efféctus est, quia Abraham Pater multárum interpretátur, et subáuditur géntium.

AS:524; 1520-S:109r; 1531-S:9r.

6339.




6339z.

*Lectio ix.*

JOseph interpretátur Auctus, id est augméntum vite etérne : ut ipse dixit, Ego veni ut vitam hábeant : et abundántius hábeant. María interpretátur Stella maris : sive Amárum mare. Et hoc nomen : apte compétit Matri Salvatóris. Ipsa quippe Stella maris recte vocátur : quia huic mundo ténebris perfídie et peccatórum obscuráto, veram lucem edídit, de qua Johánnes ait, Erat lux vera : que illúminat omnem hóminem veniéntem in huuc mundum. Hec et amárum mare rite dici potest, quia voluptátes istíus mundi ac libídinis luxum, que mare, id est amaritúdo recte nuncupántur, eo quod ad amaritúdinem perpétue gehénne se sequéntes pertráhunt, fecit unde amaréscere : cum suo exémplo dócuit, ab illécebris hujus séculi abstínere. Nam cum a primórdio mundi núptie institúte essent, et totus mundus post concupiscéntias suas abíret : ista in corde suo serváre virginitátem suam státuit, et carnis desidéria in se mortificáre, celestémque conversatiónem in terris habére, ut ei per ómnia placéret, cui servíre se probávit. Sciéndum quoque est : quod María sermóne Syro Dómina vocátur. Et mérito illa Dómina vocátur : que Dóminum generáre méruit celi ac terrre. Tu.

AS:524; 1520-S:109v; 1531-S:9r.

9. Resp. I.




7677.

7677a.



ne-re di-ví-num lu-men gaudé- te fi-dé- les.





Spi-rí- tu- i Sanc-to. ‡Hó-di- e.

*Non dicatur* Te Deum.

## [*Ante laudes.*]

℣. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix.

℟. Ut digni. [530].

## ℂ *In laudibus.*

AS:526; 1520-S:110v; 1531-S:9r. [196]

1. Ant. VII.i.



3849. COncépti- o est hó-di- e * sancte Ma-rí- e vírgi-nis :



cu-jus vi-ta íncli-ta cunctas il-lústrat ecclé-si- as.



*Ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.*) [45].

AS:526; 1520-S:110v; 1531-S:9r.[197]

2. Ant. VIII.i.

 3850.

Concépti- o glo-ri- ó-se * vírgi-nis Ma-rí- e ex sé-



mi-ne Abra-he orta de tri-bu Ju-da : cla-ra ex stirpe Da-vid.



*Ps.* Jubiláte. (*xcix.*) [46].

AS:526; 1520-S:110v; 1531-S:9r.[198]

3. Ant. VI.

 4591.

RE-gá-li ex pro-gé-ni- e Ma-rí- a * ex or- ta re-fúl-



get cu-jus pré-ci-bus nos adju-vá-ri men-te et spí-



ri-tu de-vo-tís-sime póscimus. *Ps.* Deus Deus. (*lxij.*) [47].

AS:527; 1520-S:111r; 1531-S:9r.

4. Ant. VIII.i.

 1931.

COr-de et á-ni-mo * Christo cá-namus gló-ri- am




AS:527; 1520-S:111r; 1531-S:9r.

2016. 5. Ant. VII.ii.




*Capitulum.* Ego quasi. {77}.

*Hymnus.* O gloriósa fémina. {267}.

℣. Elégit eam [Deus et preelégit eam].[199] [579].

AS:527; 1520-S:111r; 1531-S:9r.[200]

3853. Ant. VIII.i.





nis ge-ni-trí-cis De- i Ma- rí- e sollénni-ter ce-le-



brémus : qua celsi-túdo thro-ni pro-cés-sit al-le-lú-ya.



*Ps.* Benedíctus. 68*.

*Oratio.* Supplicatiónem. *ut supra.* {78}.

*Memoria de adventu.*

## ☾ *Ad j.*

*Ant.* Concéptio est. *j. de laudibus.* {94}.
*Ps.* Deus in nómine. (*liij.*) [95].
*Ant.* Grátias. [99].
*Ps.* Quicúnque. [100].

## ☾ *Ad iij.*

*Ant.* Concéptio gloriόse. *ij. de laudibus.* {95}.
*Ps.* Legem pone. (*cxviij.* 33.) [132].
*Capitulum.* Ego quasi vitis. {77}.
℟. Sancta Dei génitrix. {270}.
*Et dicatur cum eodem cantu quo in purificatione beate Marie.*

## ☾ *Ad vj.*

*Ant.* Regáli. {95}.
*Ps.* Defécit. (*cxviij.* 81.) [141].

*Capitulum. Ecclesiastici xxiv.* [26.]

TRánsite ad me omnes qui concupíscitis me, et a generatiónibus meis impléminí : spíritus enim meus super mel dulcis, et heréditas mea super mel et favum.

## ℂ *Ad ix.*

*Ant.* Cum jocunditáte. {96}.

*Ps.* Mirabília testimónia. (*cxviij.* 129.) [150].

*Capitulum. Ecclesiastici xxiv.* [30.]

QUi audit me non confundétur, et qui operántur in me non peccábunt : et qui elúcidant me vitam etérnam habébunt.

## ℂ *Ad ij. vesperas.*

*Ant.* Concéptio est. {94}.

*Psalmi.* Dixit Dóminus. (*cix.*) [311].

Confitébor. (*cx.*) [312].

Beátus vir. (*cxj.*) [313].

De profúndis. (*cxxix.*) [333].

Meménto. (*cxxxj.*) [337].

*Capitulum.* Ego quasi. {77}.

℟. Solem justície. *ix.* {93}.

*Hymnus.* Ave maris stella.[201] {405}.

℣. Elégit eam. [579].

AS:528; 1520-S:111v; 1531-S:9r.[202]

2957. Ant. I.v.





ci- ens ánge-lo narránte concé-pit re-demptó-rem mundi



al-le- lú-ya. *Ps.* Magníficat. 53*.

*Oratio.* Supplicatiónem. {78}.

❡ *Si vero hoc festum in dominica evenerit differatur in crastinum et semper ad utrasque vesperas et ad matutinas et ad missam fiat solennis memoria de adventu in quacunque* [*9v.*] *feria contigerit : nisi ubi ecclesia sit dedicata de conceptione beate Marie, tunc enim nullo modo differatur : sed semper fiat solennis memoria de adventu licet tale festum sit in ecclesia illa tantum, majus duplex secundum usum Sarum et unum de principalibus.*

# ¶ *Sancte Lucie virginis et martyris.*

(*xiij. Decembris.*)

## *Ad [primas] vesperas.*

AS:362; 1519-S:16v; 1531-S:9v.

3640. Ant. I.iv.




*Psalmi feriales.*

*Capitulum de communi unius virginis et martyris.* [877].

℟. Grata facta est. *ix.*[203] {108}.

*Hymnus.* Vírginis proles. [*in communi*].[204] [877].

℣. Diffúsa est grátia [in lábiis tuis].[205] [886].

AS:362; 1519-S:16v; 1531:9v.[206]

3301. Ant. I.i.









*Oratio.* Exáudi nos Deus salutáris. *Require in communi unius virginis.*[207] [886].

*Memoria de adventu et de sancta Maria.*

## ℂ *Ad matutinas.*

*Invitatorium.* Agnum Sponsum. [887].

*Ps.* Veníte. 13*.

*Et cetera de communi unius virginis et martyris [fiat]*[208] *usque ad vij. responsorium. [ix. lectiones fiant sine expositione Evangelium.]*[209]

[ ℂ *Sciendum est quod ad matutinas non legatur expositiones Evangeliis nec ad matutinas subscriptorum sanctorum, videlicet sancti Thome apostoli, sanctorum Fabiani et Sebastiani, sancte Agnetis virginis, sancti Vincentii martyris, sancte Agathe, sancte Gregorii, sancti Cuthberti, sancti Benedicti, sancti Aldelmi, sancti Barnabe apostoli, sancti Albani, sanctorum Johannis et Pauli licet dominica fuerit, sancte Margarete, inventionis sancti Stephani sociorumque ejus martyrum, sancti Ypoliti sociorumque ejus martyrum licet dominca fuerit, sancti Bartholomei, sancti Egidii abbatis nisi quando differatur in secundam feriam propter inchoationem hystorie, tunc enim legatur Evangelium* Nemo accéndit lucérnam.[210] *exaltationis sancte Crucis, sancte Edithe virginis, sancti Mauricii sociorumque ejus, sancti Dionisii cum sociis suis, translatione sancti Edvvardi regis et confessoris, dedicatione sancti Michaelis in monte tumba, sancti Martini, sancti Machuti, sancti Edmundi archiepiscopi, sancti Hugonis, sancti Edmundi regis, sancte Cecilia, sancti Katharine, et sancti Nicolai episcopi et confessoris.*][211]

*Lectio prima.*

CUm per univérsam Sicíliam beáte vírginis Agathe fama crebrésceret, et Syracusánus pópulus per miliária[212] quinquagínta ad urbem Cathanénsium sitiénter[213] pérgeret ad sepúlchrum sancte Agathe vírginis venerándum : cóntigit et Lúciam venerábilem vírginem nobilíssimam Syracusanórum simul pérgere festivitátis grátia, invitánte eam matre Eutícia : que annis quáttuor fluxum patiebátur sánguinis, et nullo medicórum póterat medicámine liberári. Igitur dum processiónis mystéria ageréntur, et Evangélii léctio recitarétur, ubi múlier tactu fímbrie vestiménti Dómini a fluxu sánguinis méruit salvári : dixit sancta Lúcia matri sue, Si credis mater his que legúntur : crede Agatham passam pro Christi nómine hec meruísse, ut semper in presénti hábeat eum pro cujus nómine passa est. Contínge ergo ejus sepúlchrum credens : et liberáberis. Tu autem Dómine.

*Lectio ij.*

IGitur cum peráctis ómnibus pópulus abscessísset, prostravérunt se ante sepúlchrum sancte vírginis mater et fília : et cepérunt cum láchrimis ejus flagitáre suffrágium. Intérea dum oratiónis prolíxitas tenderétur : somnus Lúciam vírginem arrípuit. Et vidit in sómnio beátam Agatham in médio angelórum gemmis ornátam : stantem, et dicéntem sibi, Soror mea Lúcia virgo Deo devóta : quid a me petis, quod ipsa póteris prestáre contínuo ? Nam et matri tue fides tua subvénit : ecce salva facta est. Et sicut per me cívitas Cathanénsium sublimátur a Christo, ita per te Syracusána cívitas decorábitur ab eo : quia jocúndum Deo in tua virginitáte habitáculum preparásti. Expergefácta virgo Lúcia, surréxit tremens : et ait matri sue, Mater mea : ecce salva facta es. Per ipsam te déprecor que te salvávit suis oratiónibus, ne tu michi aliquándo sponsum nómines, nec velis de córporis mei posteritáte fructum mortalitátis inquirére : sed ómnia que michi eúnti ad corruptiónis mee auctórem hóminem moritúrum eras datúra, da eúnti ad integritátis mee Auctórem Dóminum Jesum Christum.

*Lectio iij.*

CUi mater Eutícia ait, Omnia que fuérunt patris tui defúncti : ante novem annos incontamináta custódiens, ampliávi pótius quam mínui in património. Mea vero ómnia que sunt vel esse possunt : ipsa mélius nosti. Tege óculos meos : et quodcúnque tibi placúerit de istis facultátibus fácito. Lúcia dixit, Audi tu mater consílium meum. Non satis Deo carus est : qui sibi hoc dat quod secum ferre non potest. Sed si tibi vis gratum esse Deum : hoc illi da quod potes tu illi dare. Móriens enim nichil potes uti : et quod das ídeo das, quia tecum ferre non preváles. Vivens ergo et salútem tui córporis habens : da Christo quod póssides. Et quicquid te michi datúram spopónderas vel cogitábas : Christo íncipe trádere. Igitur cum has sermocinatiónes quotídie virgo ágeret cum matre : fiébat rerum distráctio, et quotídie necessitátibus páuperum expendebántur pecúnie. Intérea dum distrahúntur prédia et gemme vendúntur : ad sponsum ejus hoc verbum pervénit. Quique sollícitas cepit inquírere a nutríce sancte Lúcie : quid hoc esset quod distractiónem repentínam prediórum et gemmárum audísset.

*Lectio iiij.*

[*10r.*] CUi hec nutrix caute confingens ait, Sponsa tua invénit possessiónem in venálibus : que mille et eo ámplius sólidos prestat. Hanc in tuo nómine cúpiens comparáre : tibi vidétur aliquánta distráhere. Crédidit stultus carnále mercimónium, et ánimum ab indignatióne révocans : étiam ipse cepit auctor esse vendéntium. At ubi univérsa pene distrácta, dídicit paupéribus erogáta, propónit litem in judício Paschásii procónsulis : dicens sponsam suam Christianíssimam contra legos vívere Augustórum. Paschásius procónsul sanctam vírginem corrípiens : cepit ad sacrifícia demónum invitáre. Cui virgo ait, Sacrifícium mundum et immaculátum apud Patrem hoc est : visitáre víduas et órphanos in tribulatióne eórum. Ego per istos tres annos nulli álii sacrificávi, nisi Deo vivo. Jam quia nichil súperest quod sacrificem : me ipsam óffero in sacrifícium. Quod ipsi placet de hóstia sua fácere, fáciat.

*Lectio v.*

PAschásius dixit, Ista verba cúivis tibi símili narráre póteris Christiáno. Michi autem qui príncipum decréta custódio : ista frustra proséqueris. Lúcia dixit, Tu príncipum leges atténdis : ego Dei leges atténdo. Tu príncipes times : ego Deum tímeo. Tu illos offéndere non vis : ego Deum offéndere cáveo. Tu illis placére desíderas : ego ut Christo pláceam soli concupísco. Tu ergo fac quod tibi vidétur útile : et ego ago hoc quod michi útile recognósco. Paschásius dixit, Patrimónium tuum cum corruptóribus tuis dissipásti : et ídeo quasi méretrix lóqueris. Lúcia dixit, Patrimónium meum tuto loco constítui, corruptóres autem nec mentis mee nec córporis mei, aliquándo suscépi. Paschásius dixit, Qui sunt corruptóres mentis ? Lúcia dixit, Vos estis, de quibus Apóstolus dixit, Corrúmpunt bonos mores collóquia mala. Suadétis enim ánimas hóminum meretricári : ut dimíttant viros suos et Dóminum Creatórem suum, et sequántur ydóla vana et inánia simuláchra. Tu autem.

*Lectio vj.*

COrruptóres vero córporis hi sunt : qui corporálem delectatiónem prepónunt delectatiónibus sempitérnis, et labéntem letíciam perpétuis gáudiis antepónunt. Paschásius dixit, Cessábunt verba : cum pervéntum fúerit ad vérbera. Lúcia dixit, Verba Dei cessáre non póterunt. Paschásius dixit, Tu ergo Deus es ? Lúcia dixit, Ancílla Dei sum, et ídeo dixi verba Dei : quia ipse dixit, Non vos loquímini in conspéctu júdicum : sed Spiritussánctus ipse lóquitur in vobis. Paschásius dixit, In te ergo Spiritussánctus est ? Lúcia dixit, Apóstolus dixit, quod caste viventes templum Dei sunt : et Spiritussánctus hábitat in eis. Paschásius dixit, Ego fáciam te ad lupánar duci : ut cum fúeris scortáta fúgiat a te Spiritussánctus. Lúcia dixit, Nunquam inquinábitur corpus : nisi de consénsu mentis. Nam et si in manu mea thura ponas et per manum meam fácias sacrifícia : Deus hec atténdit et ridet. De sénsibus enim et de voluntátibus júdicat Deus. Nam sic pátitur violatórem cástitas : sicut serpéntem, sicut latrónem, sicut bárbarum. Nam si invítam me violári féceris : cástitas michi duplicábitur ad corónam. Tu.

*Lectio vij.*

PAschásius dixit, Ibi te fáciam sub turpitúdine expiráre : nisi modo ceremóniis consénseris Augustórum. Lúcia dixit, Jam tibi dixi : tu voluntátem meam nunquam póteris ad consénsum provocáre peccáti. Céterum quicquid féceris córpori, quod in potestáte tua vidéris habére : hoc ad ancíllam Christi pertíngere non póterit. Tunc consul jussit veníre lenónes : et trádidit eam illis dicens, Invitáte ad castitátem ejus pópulum : et fácite eam támdiu illúdi quámdiu mórtua nunciétur. At ubi eam cepérunt vello tráhere ad lupánar : tanto póndere eam fixit Spiritussánctus, ut pénitus movéri non posset. Accedéntes vero simul multi ex offício, impelléntes et trahéntes eam deficiébant sudóre. At virgo Dómini immóbilis consistébat : fúnibus in mánibus ejus et in pédibus pósitis. Et cepérunt omnes páriter tráhere. At illa quasi mons immóbilis permanébat. Tunc angustiári cepit Paschásius, et meróre defícere. Et vocávit magos et arúspices : et templórum ómnium sacerdótes.

AS:362; 1519-S:17r; 1531-S:10r.[214]

7. Resp.
VII.




7106.

[10v.]

7106a.




*Lectio viij.*

QUi omnes agébant superstitiónes suas contra eam : ut moverétur. Sed ita permanébat fixa córpore : ut pénitus ejus vestígia non moveréntur. Tunc Paschásius lócio[215] eam perfúndi jussit : credens asseréntibus quod maleficiis staret immóbilis. Addúcta sunt autem multa pária boum ut ab his traherétur : et omníno movéri non pótuit. Tunc dixit ei Paschásius, Que sunt ista maleficia tua ? Lúcia dixit, Ista mea maleficia non sunt : sed sunt beneficia Dei. Paschásius dixit, Que rátio ista est, quod puélla fragílis a mille tracta homínibus non movéris ? Lúcia dixit, Si ália decem mília addúxeris : áudient me psalmum dicéntem quod Cadent a látere meo mille, et decem mília a dextris meis. Torquebátur ítaque ánimo Paschásius : et inter cogitatiónes et víscerum cruciaménta clamábat. Cui beáta virgo ait, Quid cruciáris ? Quid per divérsa mentis tue torquéris ? Templum Dei me esse si probásti : jam crede. Si non probásti : disce. Ergo Paschásius magis anhelábat : quia de seípso risus sibi exhibéri cernébat. Tunc ignem circa eam fecit copiósum incéndi : ita ut picem et resínam et fervens óleum super eam jactárent. At illa in nómine Dómini nostri Jesu Christi : stetit immóbilis.

AS:363; 1519-S:17r; 1531-S:10v.[216]

8. Resp.
III.




*Lectio ix.*

